

~~DA.~~
COLLECTION

9. 10.

RNNIA

Seu

DANICA LITERATURA

ANTIQUISSIMA,

Vulgò **GOTHICA** dicta
luci reddita,

Operas

OLAI WORMII D.

Medicinæ in Academia
Hafniensi Profels. P.

Cui accessit

**DE PRISCA DANORUM POESI
DISSERTATIO.**

Editio secunda auctior & locupletior.




HAFNIAE,

Imprimebat Melch: Martzan, suis & Georg: Holst sumptibus,

ANNO, M. DC. LI.

THE
AMERICAN
REVOLUTION

1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800



AMERICAN
REVOLUTION



V I R O

MAGNIFICO, ILLUSTRIS, STRENUO

DN. CHRISTIANO FRISIO

Domino de Kragerup, Engeltoft,

Worde, &c.

EQVITI AURATO,

REG. MAJEST. CANCELLARIO

MAGNO,

REGNI DANIAE SENATORI

PRIMARIO,

ACAD. HAFN. CONSERVATORI

SUMMO,

MOECENATI MEO BENIGNO,

s.



LE Magnifice Domine Cancellarie,
nostra jam compellat Literatura
prisca, omnibus hactenus penè de-
spectui habita imò abolita fermè &
obliterata. Luctabatur miserè cum
Umbris & Larvis: tristis auxiliatri-
ces patriæ diu multumq; implora-
bat manûs; quas porrigere dum tentarent quidam, one-
ri succumbere prius sunt coacti, quam vel minimam
ejus laciniam ex tam denso ac lurido tenebrarum car-
cere maximis nisibus in apricum protrahere potuerint.
Te ut jubare patriæ affulgente, vidit optimarum disci-

plinarum, Pietatis, & Reipublicæ discussas nebulas; Pa-
cis & tranquillitatis desideratum restitutum bonum. :
Academiæ locupletatam: genuinæ quæ etiam suæ so-
roris, Historiæ scilicet Danicæ emicuisse splendorem. .
Quocirca tot tantisq; animata; jam læta prodire, jam
tuo protecta umbone, tuoq; irradiata favore lucem a-
spicere primulum gestit. Sub tuo nata auspicio, tuo
promota nutricatu, tua stabilita auctoritate cum sit, vi-
vere & perennare à te quoq; petit. Facilem quocirca,
ut soles, Te hic præbe, Heros inclute, exoptatam ac du-
dum promissam haud differ opem. Sic Te Runæ æ-
ternitati consecratum sospitatore & patronum, etiam
post fata lætæ proclamabunt. Sic tot Heroum avo-
rumque Tuorum neglecta bustorum monumenta,
Tibi lucem Tibique splendorem acceptum ferent, &
apud seros nepotes Tibi *πάντα* se debere, magna ala-
critate, profitebuntur. Vale, ac vige, totius Reipu-
blicæ Danicæ bono. Hafniæ Calend. Octobris, Anni
M. DC. XXXVI.

Magnificent. Tua

addictis:

OLAUS WORM D.
Medic. Prof. Publ.

BENE-

BENEVOLO LECTORI S.

Ultra fermè effluxere tria, ex quo *Literaturam meam Runicam* publici juris feci. Quam avidè adeò à curiosis exceptam cum moneret *Typographus*, ut exempla desiderari ceperint, quibus emptorum desiderii satisfaceret, rogans iterato eam suis typis meâ veniâ excudere ut liceret. Anni ejus precibus hac conditione, ut ea fieret forma qua reliquis in hoc genere à me editis, commodè jūgi posset opibus. Plusculâ igitur addidi & variis in locis locupletavi, quod collationem instituenti facilè patebit. Hanc meam *Literaturam* ab exteris tam in Gallis, Germania, Italia, Anglia & alibi cum applausu exceptam fuisse, quamvis quamplurima ad me virorum literatissimorum doceant literæ, urgentes in proposito ut pergerem & promissa non differrem. Unus tamen in vicinia repertus est, invidia æstropercitus, qui totis viribus eam arrodere, & nemis ac quisquiliis anilibus proscindere conatus sit. Nullo alio titulo, quam quod ante chartam quandam alphabetariam, sine succo, sine sanguine, sine omni documentorum apparatu, in vulgus sparserit, præclarum artis Runicæ, ut volebat, non modo specimen sed & fundamentum. Sed cum spre- tam & neglectam eam videret, utpote ex mutilis, ineptis & falsis, ex quibus nemo facile se expediret coagmentatam, indignè tulit meam *Literaturam* ab eruditis prælatam, & aliquo in precio à bonis & curiosis habitam. Sux igitur Cabalæ, arte Rosicrucianâ Nemias quasdam consarcinavit, ut in anicularum conventiculis ad columi cantentur, vernaculo suo idiomate; sed modulis & numeris adeò ab antiquitate remotis, ut nec ipsa *Alecto* pro Runicis agnosceret. Quibus summi viri nomen & auctoritatem temerare, quod impune aggressus sit miror. Me quod concernit, nugæ ejus aniles & sarcasticas, tanti facere sciat, quanti generosus equus allatrantem canem. Fuere quidam ineptias istas videntes, qui stultò juxta stultitiam respondendum existimabant, & in parato erant volæ; sed hominis miseri misereri sua- sit *Christiana Charitas*, utpote, qui sat pœnarum apud doctos luat, famæ decoctione, & imperitiæ suæ cabalisticæ ac nugacissimæ detectione. At quis malignum ejus animum & tantam præscâ linguæ ignorantiam in eo ferat, quâ acutissimum felicissimi Regis apophtegmatam dolosè, tamq̃, ineptè contra canones *Etymologicos* & antiquæ linguæ proprietates pervertit, ut scopum suum assequatur? Scutica & ferula dignos esse tam crassos & palpabiles errores, clamant

in hæc

in hac palestra Tyrone. Est qui reducem ex inferis hanc rusticam Runam ita ad autorem remisit, ut nisi Ecclypsi in Apocalypsin fulciatur de ea actum sit penitus. Nunc saltem ut sit, quod agrius ferat, quodque rabidus canis adlatret, iteratò in folio prodit nostra Literatura, quam si vir sit, ingenue adhibitis ex antiquitate indubius Testimoniis refutet Momus noster, aut pro Alastore, & Nugigerulo, ut habeatur fas & æquum dicitur.

Μωμήσειαι τις μάλλον ἢ μιμήσειαι.

Ad te, benevole, cordate, & amice Lector, reversus; quæ instituti mei fuerit ratio, quibusque impulsus in hanc arenam à nemine ante me (Rumpantur ut ilia Momo) ita calcatam, & quo collimaverim, paucis in prima hujus editione docui, quibus ne defrauderis hic quæ ad rem faciunt repetam.

Quamvis editis in lucem Fastis Danicis, reliqua antiquitates nostras concernentia aliis, quibus & otii plus, & ingenii dexteritas major, consignanda relinquere decreveram, stimulum addidisse sufficere arbitratus: nescio tamen quo pacto quædam mihi de Literatura nostra prisca aliud quasi agenti, sub manu emerferunt. Quæ cum non ubivis obvia, & ad Patrum nostrorum Monumenta notis priscis exarata, & passim apud nos & alibi extantia, feliciter enucleanda & melius intelligenda, haud parum facere posse videbantur: digna ea duxi, quibus etiam horis succisivis operam aliquam darem. Observata itaque cum Monumentis nostris contuli, codices vetustissimos manuscriptos consului, quicquid apud notæ & melioris autores, ad hoc spectans negotium, reperire datum, diligenter annotavi; viros quos etiam magistros, tam coram, quam per literas conveni, ut de Literatura nostra, Tibi rara, jucunda & necessaria exhiberem. Quæ jam è manibus mihi extorquent, bonum publicum, patriæ amor, antiquitatis majestas, amicorum cohortationes haud raræ; quibus non morem gerere, cum iniquum ducam; & hisce, licet minutis, non potui non affectum testatum reddere.

Erunt forsitan quibus minus arridebit libri ἐπισκοπὴ ac loci ejus haud rari, in quibus hanc Literaturam Danis ascribimus quasi Septentrionales reliqui in ejus non veniant participatum. Sed absit hoc ut statuamus, qui etymologiae rationes alias habeamus evidentes satis; quæquæ linguam, ut & Literaturam quæ per omnes hosce Septentrionales tractus usi sunt veteres Danicam etiam vocatam olim fuisse, alibi demonstravimus. Hoc autem titulo libellum nostrum ut insigniremus effe-

cit do-

Et documentorum quibus nostra stabili vimus evidentia, à Monumentis Danicis, adhuc apud nos in Dania exstantibus maxima ex parte deprompta. Ut non dicam punctatas elementorum notas, quæ in Literatura nostra occurrunt, omnium consensu Woldemaro Regi Dania Victorioso, ut auctori adscribi (quod fusus Capite II. hujus libri docuimus) ut vel hoc nomine, jure merito Danica vocari appellariq; debeant. Equum igitur fuit, ut & hac ratione ingenue testatum redderemus, per quos potissimum in his profecerimus, & qui jure justissimo præ reliquis hujus Literature gloriam sibi vindicare possint. Aliis quidem suam non detraho laudem, sed potius excitatos volo, ut pari modo colligant atq; in commune proferant, quæ ad hanc rem illustrandam, aut in pluteis recondita tenent, aut in saxis aliisq; Monumentis alibi extantibus, eruere se posse sperant, quo tandem Septentrionalis Literatura collapsus resurgat honos Rumarumq; hæcenus tenebris obrutarum, etiam exteris consuet majestas.

Majores nostros maximam Europæ & Asiæ partem bello lacessivisse, variisq; in locis rerum gestarum memoriam suis literarum notis consignatam, etiam in mediâ Hispania & Italia reliquisse in confesso est, atq; id ipsum attestantur varia cipporum & Monumentorum literatorum, non uno in loco adhuc extantium genera. Hisce enucleandis & pristino nitore restituendis speramus hæc nostra olim profutura.

Ceterum qui hisce cum fractu & rite uti velit, ac de singulis candidè & sine futo judicare, ante omnia attendendum ei venit, ad prisca nostri idiomatis rationem, hæc planè accommodata esse, & Lectorem requirere ejus non planè rudem, & qui cujusq; provincia dialectos discernere, & ad suam quamq; reducere orthographiam noverit. Qui secus faxit & ad modernæ lingvæ tractum, pronunciationem aut orthographiam hæc examinare præsumperit, perinde facit, ac se ad canones Lingvæ Romanæ, Germanicæ aut Gallicæ vellet exigere. Quod fieri commode hæud posse, qui vis sana mentis ultrò largitur. Quod extra nostram nos non diffuderimus territorium, nemo nobis vitio vertet: id n. integrum non fuit, nec ductores invenimus, qui viam monstrando in patientiores præverint campos. Quocirca nostris nos circumscripsim? pomeriis ac de Danis saltim, sub se Norvagos, Islandos reliquasq; provincias minores continentibus, suæq; Literature scribentibus agere decrevimus, de reliquis minus solliciti. Si qui verò hisce symbolam suam conferre voluerint, & quæ hic proposita ulterius eliminare, nobis rem fecerint gratissimam, & conjuncta valebunt, quæ distracta aut neglecta jam nulli prosunt.

Nos glaciem frangere & fundamenta ponere annisi sumus, quibus alii quibus volupe est, augustiora & magis elaborata superstruere valent, quò tandem nostra hæc hæcenus spreta & neglecta, sub in precio statuatur Septentrionalis Literatura. Quod inter tot occupationes, ordinariisq; vocationis labores assecutus an sim, æquis ac candidis censoribus judicandum relinquo: in quorum gratiam meliora & certiora docenti nos planè accommodabimus. Interea Vale, Lector candidè, & conatibus fave.

INDEX
Capitulum huius Libri.

- I. Quo nomine literas suas antiquitus appellaverit Dani.
 - II. An Runer vox sit originis Hebrææ.
 - III. Quot modis vox Runer usurpari consuevit.
 - IV. Cur literæ Runicæ à quibusdam Gothicæ & Geticæ vocentur.
 - V. Quot extiterint literarum Runicarum genera.
 - VI. Figuræ literarum Danicarum hæctenus divulgatæ exhibentur.
 - VII. Figuræ literarum Danicarum ex variis Manuscriptis petitæ, & ab amicis communicatæ.
 - VIII. Literarum Danicarum figuræ ex variis Monumentis erutæ.
 - IX. Cur ædem literæ Danicæ, tam diversis figuris exarentur.
 - X. Literarum Danicarum figuræ rariores & minus tritæ.
 - XI. Literarum Danicarum numerus investigatur.
 - XII. An ð decima sexta fuerit veterum litera.
 - XIII. De Literarum Danicarum potestatibus.
 - XIV. De Ordine literarum Danicarum.
 - XV. De Nomenclaturis literarum Danicarum.
 - XVI. Nominum & figurarum in literis Danicis Harmonia.
 - XVII. De Literarum Danicarum divisionibus.
 - XVIII. Literarum Danicarum potestas & valor in numeris.
 - XIX. De Literarum Danicarum usu Poëtico.
 - XX. De Literarum Danicarum inventoribus.
 - XXI. De Origine literarum Danicarum.
 - XXII. Danicarum cum Græcis & Latinis literis harmonia.
 - XXIII. De Literarum Danicarum jugationibus, abbreviaturis dictis.
 - XXIV. De Diphthongis Literaturæ Danicæ.
 - XXV. De Modo scribendi veterum Danorum.
 - XXVI. De Materia cui literas suas mandare solebant Dani.
 - XXVII. Quo tempore & quâ de causa apud Danos abrogata sit prisca & Runica Literatura.
 - XXVIII. Quâ lingvâ consignata sint Monumenta quæ in Dania visuntur.
 - XXIX. Observanda in nominibus propriis & literarum figuris.
 - XXX. Observationes particulares circa literarum potestates.
- Appendix, Literarum Runicarum usum in Poësi
uberius declarans.

AUTORES
Quorum testimoniis & opè usi sumus in hac
LITERATURA restituenda.

Abbas Urspergensis.
 Adrianus Schrichius.
 Aeneas Sylvius.
 Aimoinus.
 Albertus Crantzius.
 Alexander ab Alexandro.
 Alexander Sardus.
 Alexander Guagninus.
 Alphabetica Joann. The. de Bry.
 Angelus Rocha.
 Antonius Augustinus.
 Apulejus.
 Aristoteles.
 Arngrimus Jonas.
 Aventinus.
 Autor comm. de Lingua Gothica.
 Augustus Dux Luneburg.
 Beda.
 Bernardus a Malincroci.
 Bonav. Cornelius Bertramus.
 Bonavent. Vulcanius.
 Brynolphus Svenonius.
 Calius Rhodiginus.
 Christophorus Broverus.
 Cicero.
 Cornelius Agrippa.
 Cunradus Gesnerus.
 Duretius.
 Dyonysius Halycarnasensis.
 Edda.
 Elias Schedius.
 Ennius.
 Ennodius.
 Eusebius.
 Franciscus Fabricius.
 Festus.
 Georgius Gualterus.
 Gerardus Vossius.
 Gyraldus.
 Gilbertus Genebrardus.
 Gosfridus Viterbiensis.
 Guilhelmus Lambardus.

Hadrianus Junius.
 Haraldus Huitfeld.
 Havamal hincgamle.
 Henricus Spelmannus Anglus.
 Hermannus Hugo.
 Div. Hieronymus.
 Historia Bremmensis.
 Jacobus Bonav. Hepburnus.
 Joannes Picus Anglus.
 Institutiones Juris.
 Joannes de Laet.
 Joannes Priscus.
 Johan. Aveniginus.
 Joh. Goropius Becanus.
 Johan. Isacius Pontanus.
 Johan. Bureus.
 Johann. Lysander.
 Johan. Magnus.
 Johan. Picus Anglus.
 Johan. Seldenus.
 Johan. Spedus.
 Jornandes.
 Josephus Historicus.
 Isidorus.
 Julius Caesar Scaliger.
 Legum Codices varii MSS.
 Lipsius.
 Ludovicus Portugalensis.
 Magnus Olai.
 Mattheus Westmonasteriensis.
 Manuscripta varia.
 Marcus Velserus.
 Melchior Goldastus.
 Michael Ruzius.
 Munsterus.
 Nicolaus Petri.
 Olaus Magnus.
 Oligerus Rosencrantz.
 Onuphrius Panvinus.
 Otto Erlingensis.
 Orcadensium Relationes.
 Orosius.
 Ovidius Naso.

Paulus Diaconus.
 Perottus.
 Petr. Andreas Mathiolus.
 Petrus Broßseus.
 Petrus Lindenberg.
 Petrus Petrus.
 Philippus Melanthon.
 Plinius.
 Plutarchus.
 Polydorus Virgilius.
 Dn. de la Popelionere.
 Priscianus.
 Procopius.
 Rabanus Maurus.
 Ricardus Argentinus.
 Ricobaldus Ferrariensis.
 Rodericus Toletanus.
 Saliceus Episcopus Toletanus.
 Cl. Salmasius.
 Samuel Purchasius.
 Saxo.
 Scaldas.
 Sidonius Apollinaris.
 Signeur des Accords.
 Socrates Historicus.
 Snorro Sturla f.
 Stephanus Stephanius.
 Strabo.
 Tacitus.
 Terentius Scaurus.
 Theodorus Bibliander.
 Theodorus Zvingerus.
 Truhemius.
 Turnheuserus.
 M. Velserus.
 Venantius Fortunatus.
 Virgilius.
 Voluspa.
 Ulphilas.
 Waldemarus II. Rex Danica.
 Wulfgangus Laxius.

Ad DN. OLAUM WORMIUM Philos. & Med. D. inq. Regia
Danorum Universitate Professore celeberrimum, antiquioru
Literaturæ vinduem.

DUm Patria antiqvæ WORMI mysteria lingvæ
Ex lapidum altæva relligione struis.
Rarum condis opus, Patriæ laudabile, dignum
Autore, & grandis quod meret æra preti.
Ante tua, hunc subiit fasces cur nemo, pericla?
Cura fuit: genius defuit ille tuus.

WILLICHIUS WESTHOVIUS Com. Pal:
& Lundiana exedra Canonicus.

Ad Clariss. Virum D. OLAUM WORMIUM Danicam
Literaturam antiquissimam luci reddentem.

Defunctis vitam, mutis conferre loquela
Non nisi magnorum dixeris esse Deum.
Mortua, nunc videat quod RUNICA LITERA lucem,
Quod queat hac eadem litera muta loqui.
Hoc debere tibi totum se viva fatetur
Teq. parem Divis fama loquetur anus.

Famæ & meritis magni Viri
applaudebat

OTHO SPERLING D.

~~~~~

**M**Agne Hieroglyptes, priscorum gloria Danum  
Facte recens WORMI, referando sacra, profanis  
Mixta, notis mutis; ast valde loquentibus [ac si  
Autores vivos revoces è pulvere RUNAS]  
Insta præteritum sic præsens reddere seclum,  
Exanimisque animam scribendo tradere rebus,  
Et mutis lingvam. Vos Muses! haud Pæonis hæc ars  
Aut quâ famosus multum valuisse Machaon,  
Creditur & frater Pödalirius, armâ secuti  
Fortia, Cecropidum ruituræ ad mœnia Trojæ.  
His medicâ longè, præstantior arte triumphat,  
Et velut Hyppolitö, velut Androgeone salute,  
Secli, donatis, repræsentator aviti  
WORMIUS, ingenii sortem supra eminent omnem  
Humani: Quoniam excelsi moliminis ausu  
Insensata facit [mirare] capacia sensus,  
Lamina cum baculis, ut festa & sidera norint  
Et doceant homines, Vincentes cætera sensu.  
Laudibus ô dignum nimis, quem secula mactent

Cana,

Canā, quibus Fasti, Danis & Festa legentur.  
Empyreis, & quem famā ocyus inferat, astris.


ARNGRIMUS JONAS W. Ecclesiarius  
in Boreali Islandia quondam inspector.

AD CLARISSIMUM VIRUM  
DN. D. OLAUM WORMIUM  
Medicum præstantissimum.

**F**ama peregrinam tua transmigravit ad Arcton  
Ascræa merito Vir celebrande lyræ,  
Et patet Islandis ferè quos sub Menalis ursa  
Sævus Hyperboreis Nereus urget aquis  
Nec vetat Oceanus, geminis quin advolet alis  
ARTIS & affectus INTEGRITATE tuæ.  
Non tantum Medicæ censêris in arte Machaon  
Ægra, bonum quæ non corpora majus habent.  
Sed simul historicis certas; cœu lumina mundo  
Quos successive tempora prisca dabant.  
Quantum Roma vetus Livio, Judæa Josepho,  
Ablatio Gothus, Persia Milesio,  
Hafniaci tantum tibi sydus OLÆ Lycæi  
Debet ab angustiis Dania cincta fretis.  
Nec modo res gestas veterum, sed symbola rerum  
Eruis, ignotas enucleasq; notas  
Nempe characteres exornas luce Gothorum,  
Quos texere situ tempus & umbra diu.  
Vix ipsam novisse puto sua grammata gentem  
Moverat ex usu sic ea longa dies.  
Inde velut Lippo, cippis incisa petrisque  
Lustravit frustra lumine turba frequens.  
Rem magnam moliris! onus prægrande vetustis  
Addere victurum tempus in omne decus!  
Multa etiam Runicis insunt obstacula sulcis  
Quæ bene qui norit tollere rarus erit.  
Nam confundendi, transmutandiq; figuras  
Noverat innumeros Runica turba modos.  
Sapè peregrinos apices intexuit, & quæ  
Talia rimantes fallere plura queant.

Scribendiq; dolis superans enigmata Sphingis  
 Primus in hac artis parte magister erat.  
 Sic igitur quædam Saxis insculpta, ligarat  
 A nulla ut possit, posteritate legi.  
 Ergo opus Alcide præstas dum pandis in istis,  
 Implicitis veterum verba sepulta, modis.  
 Hinc & Apollinea, nunquam delebile, cedro  
 Incisum nomen, vivet in orbe tuum.  
 Dumq; Runæ saxis insunt; putredine donec  
 Saxa carent turpi; Saxaq; pondus habent,  
 Fama per Europæ, tua vadet inobruta tractus  
 Mentio sublimis stabit ubiq; tui.  
 Est & adhæc natura favens, quæ duceres, ad nos  
 Altera quæ nomen, promovet ala tuum.  
 Experti celebrant Islandi, Portua quotquot  
 Aoniidum dederat mitia castra sequi  
 Hos interq; meum, vir suspiciende, favoris  
 Perflarat Natum fertilis aura tui.  
 Æmula quippe Dei virtus, prodesse remotis  
 A patria, quorum dicitur esse parens.  
 Larga ergo, æternos te prosperitate per annos  
 Usque coronabit, gratia dia DEI  
 Distribuetque tibi bonitatis præmia, si quæ  
 Frigida terra potest, fervida vota dare.

MAGNUS OLAI Ecclesiæ Lau-  
 fasiensis in Islandia Pastor.



VIRO literis & scriptis Nobili

Dn. OLAO WORMIO Medicinæ Doctori celeberrimo,  
 antiquitatum Danicarum ut soli, ita peritissimo Mystæ, fautori meo de-  
 siderato, seram in humanis vitam rerumq; successum à Deo per  
 Christum comprecor.

Non rubeo, WORMI, furtivis manibus  
 Demp'ta vado, non è telluris gremio  
 Metalla placant numina levis  
 Inimica rebus: niteant licebit  
 Et radiis palmam ponant ambigam  
 Phœbe tuis! est quæ vel neglecta placet  
 Virtus. Smaragdis fulguret Indus,  
 Onerentque baccis se Arabes coruscis

Quum


Quum nitidis virtus exertat labiis  
 Fulgura, excutit fonti lecta Tago  
     Sapphirus, & quæ tam antè placebant;  
     Tenebris necatæ periere Gazæ.  
 Unum opus est: VIRTUS & pulchri studium,  
 Hæc melius vultus pingunt purpureos,  
     Togæque Gallâ rectius ornant  
     Juvenile corpus. Generose WORMI,  
 Te studium pulchri, te virtus melior  
 Te patriæ lucrum clarat; sive adhibes  
     Manus medentes, sive vetustis  
     Monumenta cippis revocas avorum,  
 Palma tibi magnis affectata viris  
 Cedit. Amor rerum fortunæ socius  
     Et arti, in omni Marte subactos  
     Facit architectos. Memorande vindex  
 Temporis & nostri & per tot lustra atavum  
 Emeriti, pulchris FASTOS ordinibus  
     Nuper dedisti, gesta priorum  
     Serie retinens fatis irrepertâ.  
 Quæ rudior Danus bellaci gladio  
 Aptior ac chartis, sed famæ cupidus.  
     Inscripsit altis rupibus, antris,  
     Hominumque vires superante curâ,  
 In tumulis saxo digestis. Studium  
 Herculeum WORMI! dum tu sicut avis  
     Hyblæa vernæ Chloridos herbas  
     Subito pererrat memor imminentis  
 Frigoris. aut bigis diicripti Hippolyti  
 Membra redunires. jam jam propter agros  
     Sepulchra, cantes, marmora, rupes  
     Vigili vagaris studio. jam es in occidente,  
 Jam quæ oriens Titan gentes irradiat,  
 Sollicitus quæris quid tot nobilium  
     Quos Dana tellus possidet amplos;  
     FRISII, BRAHEI, SCHELIQ; TOTTIQUE  
 Id genus & plures voces forte velint,  
 Quæ sit origo, artes tam grandis populi.  
     O si pateret maximè WORMI!  
     Utinam pateret, generosiores,  
 Credo equidem Danis non essent similes.  
 Maxima Majorum laus est, si sequimur.  
     Dixisse postquam res juvat atque  
     Veterum futuro monumenta mundo,  
 Instruis Arctæos lecturâ populos,  
 Ne tibi vel fidant semper. vel vitulâ.  
     (Verbum vetustum) pauper araret  
     Alieniori. propriis ocellis  
 Multa fides, quamvis narranti æqua fuit  
 Scilicet hoc verè est delectare animos;

Prodesse & hoc est, optime WORMI,  
 Patriæ, nec annos agere otiosos,  
 Perdere nec fruges natas in pretium  
 Ingeniis frugi! Quid prostrata juvat,  
 Jactare rerum & dicta colonis  
 Teretismata? artis foret invenire  
 Jam sinuum ascensum & descensum, numerum  
 Nonnè Pater Fincki? jam quadrare rotunda,  
 An vis negatum Montis alumne?  
 Facile est vetustum cecinisse Psalmum.  
 Non liquidi solus scandet templa poli,  
 Crede mihi WORMI, Flaccus Romuleus:  
 Sunt, plura doctis pectora cœlis  
 Generata. Sunt & gelidis in oris  
 Quæ caleant mentes. non mirabor ego,  
 Conditor ô Danæ princeps historiæ,  
 Tam fortuiti nominis ortum, aut  
 Patriam soporas posuisse cunas  
 Ritè tibi. Sunt & Danis lapsa Deo  
 Numina: sunt nobis BROCHMANNI celebres,  
 Sunt BARTHOLINI morte celebres;  
 Et Episcoporum genus invidendum,  
 RESENI clari, WINSTRUPIQUE pii,  
 Et rigidis HEMMINGI è fatis reduces,  
 Sunt LONGOMONTANI orbis alumni,  
 Et avus beatæ fabricæ BRAHEUS.  
 Nec vitreas soli scandent nube plagas  
 Nominis & famæ vectrici; comitem  
 Te WORMI habebunt. celsus ab alto  
 Gelidos videbis patriæ Triones!  
 Tu Zephyris vectus tranabis pelagi  
 Ambiguas Syrteis, & trajecta Phiarò il-  
 læsus rubentis marmora lymphæ,  
 Nitidumque tanges sine labe Phœbum  
 Ocyor alatis Divus fluminibus.  
 Te teneris dicent Sirenes modulis,  
 Dicet loqvaci murmure Triton;  
 Tuaque incitus nomina volvet Ister.

JOANNES RING.



LITE-



# L I T E R A T U R Æ R U N I C Æ

CAPUT PRIMUM.

*Quo nomine literas suas antiquitus  
appellaverint Dani.*



A quæ certis Observationibus ex relictis antiquitatum nostrarum ruderibus, de prisca Literaturæ Danicæ indole accepimus, tradituri, nequaquam à scopo nostro alienum existimamus, si mox in vestibulo quo nomine literas suas appellitarint majores nostri, quibusque de causis monuerimus.

*Scopus Libri.*

Danos igitur veteres, qui hanc Literaturam invenerunt, posterisque reliquerunt, literas suas primitus **RNIR** *Runer* appellasse, vel vulgò notissimum, infinitisque cantilenis nobilitarum; hac voce tam literas, quam qui eas tractarunt designantes. De cuius etymo variè disputatum, quibusdam primitivam eam statuentibus, & rectè quidem, meo iudicio: quibusdam ab Hebræis fontibus illam haurientibus; sed quam commodè mox videbimus.

*Dani literarum Runicarum inventores.*

*Dani literas suas vocarunt **Runer**.*

*An **Runer** vox sit primitiva.*

Quod si ab aliâ derivatam hanc vocem quispiam contendat, ejus originem in nostrâ potius linguâ inquirendam arbitror, quam in peregrinâ, ubi si vestigia deductionis appareant nulla, tum demum ad alias confugiendi occasionem suppediratam esse reor.

***Runer** undè commodè in linguâ Danicâ derivetur.*

Voces igitur nostras cum hac affinitatem aliquam habentes dum ventilo, comodiior occurrit nulla quam **RNK** *Ryn* vel **RIK** *Ren* quarum hæc ductum aquarum: illa solum in terrâ aratro aut vomere ductum indicat.

*Ryn.*

*Ren.*

A

Ut



γράμματα.

Litera.

Runer.

Nomen literæ ex quibus depromptum

Runer unde dicta.

Rynner.

Renner.

Y quomodo pronunciantur.

Romani etiam voces aq agriculturæ ad literaturam transtulerunt.

Ut enim Græci *παρα τὴν γραμμὴν, γράμματα* sua vocum dixerunt Elementa, quod lineis quibusdam consistent: Latini LITERAS quasi lineaturas, eadem de causâ: ita Dani RUNER, quod ductibus quibusdam consistent à sulcis agrorum, non prorsus alienis. Græci namq; ut & Romani, apud quos artes ad luxum & delectationem facientes, magno olim erant in pretio, ad pictoriam, quæ scriptoriæ maximè affinis, quæq; variis linearum ductibus opera Naturæ artificiosè adumbrare conatur, potissimum respexisse videntur. Animadvertebant enim literas suis ductibus, non secus mentis animiq; sensa exprimere, atq; Pictura variarum rerum ideas, lineis aptè nexis spectatori exhibet: Ut non immerito literatura animi pictura dici valeat; inde igitur nomenclationem commodè deduci posse arbitrati sunt. Dani verò quibus arma, Agricultura, artesq; necessitati magis quam oblectationi dicata cordi semper fuere, ab agrorum cultu, literarum suarum etymon mutuare non videntur veriti. Sulcos enim aratro ductos priscâ & nativâ voce RYNNER ut & aquarum ductus, elices vel canales RENNER etiamnum dicunt. Quos cum elementorum ductus lapidibus & cautibus incisi æmulentur, non incommodâ sed eleganti Metaphorâ eo vocem transtulerunt ac literas suas *Runer* vocarunt. Facilem verò esse Y in U mutationem notum est, præsertim cum veteres utriusq; potestatem unicâ hac figurâ Π expresserint, ac Y ut U tenue pronunciare jubeant cujusvis literaturæ peritissimi. Sic enim autor Commentarii de linguâ Geticâ à B. Vulcanio editi: *Υpsilon omnibus linguis non I sed U tenue est, quod parvum Ε Gallicum vocant. Sic ad differentiam ω μεγάλη & Ο μικρόν dicunt, Ε ad differentiam ἤτὰ quod E crassum est, Ε ψιλόν id est tenue.* In voce igitur RUNER, U tenue quod æquipollet Y, mutatum in U crassius.

Hujus autem translationis elegantiam delectati ipsi Romani, pro scribere ac literas pingere, crebro EXARARE dixerunt. Sic Cic. ad Atticum lib. 12. *Undecimo die postquam à te discesseram hoc literarum exaravi, egrediens è villa*

*villa ante lucem &c.* Item Cornificio scribens idem:  
*Hæc cum essem in Senatu exaravi.* Nec ovum ovo simili-  
 lius quam scriptio stylo in codicillis & pugillaribus ceratis  
 facta, sulcis aratro in terra ductis aut literarum apicibus sa-  
 xo insculptis. Sic vice versa scribere quandoq; pro arare  
 sumitur, ut apud Ennodium in Paneg:

*Cum benè molitos incurvi dente ligonis  
 Scribit agros.*

Item Sidonius Apollinaris carm. XI.

*In descriptosq; per agros*

*Fragrat odor.*

Hinc & Cadmum à boum in arando more, morem indu-  
 xisse scriptiois quæ stylo velut aratro fiebat in cerâ, asserit  
 Herman. Hugo de prima scribendi origine cap. 8. & Isido-  
 rus lib. 6. cap. 14. versus vulgo vocati sunt, quia sic scribe-  
 bant antiqui, sicut aratur terra.

Optime huc quadrat illud Satyrici:

*Vertamus vomerem in ceram*

*Mucroneq; aremus osseo.*

Hinc etiam est quod idem Romani continuatam ora-  
 tionis successione una linea compræhensam verum in-  
 digetaverint; Metaphorâ ab eadem Agricultura eleganter *Versus quid.*  
 deprompta: quod ut illic sulco per longitudinem latitudi-  
 nemve agri ducto versus fit, subinde alius atq; ali<sup>o</sup>, suspenso  
 versoq; aratro: ita hic absoluta linea, versio quædam fiat  
 atq; reditus ad illud caput à quo characteres exarare cepera-  
 mus, ut eleganter Theod. Zvingerus Theatr. Vol. IV. lib. 1.  
 ait. Hisce ad stipulatur Isidorus lib. 6. Versus ita dictos  
 statuendo, quia ita scribebant antiqui, sicut aratur terra:  
 à sinistra enim ad dextram primum deducebant stylum, de-  
 de convertebatur ab inferiore rursus ad dextram versus:  
 quos & Rustici versus vocant. Giraldus Dial. 1. Hist. Poët.

Eruditissimus & Nobilissimus antiquitatum scrutator *H. Spelmani*  
 Henricus Spelman eques Anglo Britannus amicus noster *de origine vo-*  
 honorandus, vocem *Runer* à Saxonico *Ryne*, quæ myste- *ci Runer sen-*  
 tium & rem occultam significat, deductam putat, cuius *tentia.*

verba ex literis ad me Londino Anno MDCXXX, Nonis  
 Maj datishic apponam, ut quivis arripiat, quod rationi ma-  
 gis congruum existimaverit. - Sic autem Vir ille Nobilissi-  
 mus: Sine (obsecro mi OLAE) ut de origine vocis vestrae  
 RNNNH seu RNNNH id est Runica, pro genio & ingenio  
 nostro, effundam paucula. Ducor equidem ut a te dissen-  
 tiam. Neque enim a RH pro ductu aquarum (quod &  
 nostra lingua sonet) nec a RN pro sulco in terra, quam-  
 vis a re agraria humilibusque initiis multa olim exorta no-  
 verim: sed *Ryne* alias *geryne* Saxonico; quod mysterium  
 & rem occultam significat. Sic Luc. cap. 8. v. 10: *Eor is ge-*  
*seald de ge wirun godes rices geryne en oderum on bigspel-*  
*lum.* Vobis datum est noscere regni Dei mysterium & alias  
 parabolae. Sic Matth. 13. v. 11. & Mar. 4. v. 11: *Godes rices*  
*geryne*, Regni Dei mysteria. Sic *Runlice* & cum aug-  
 mento Saxonico *gerynelice* idem sunt quod Mysticum vel  
 Mysticè & occultè. Beda 1. Reg. 1. *Was he gerinelice word*  
*Sprecende*, 2: mystica verba locutus est. Et hinc *Io Runig*:  
 alias *Rumere*, susurro vel occultè loquor, unde in hodie-  
 na nostra lingua vernacula, *to Rowne one in the eare*, est oc-  
 cultè aliquem in aure alloqui, vel in aure alicujus clancu-  
 lum susurrare. Ita prorsus in Glossar. vet. Anglico Lati-  
 no M. Sto An. Dn. 1460. *To Rowryn to gither* Susurro, &  
 sic codex alius impressus 1499. Priscas igitur illas Dano-  
 rum & Gothorum literas non appellatas censeo Runicas;  
 quod ad similitudinem aquæductuum, sulcorum araturæ  
 (ut vestra fert opinio) vel rei alterius cujuscunq; formaren-  
 tur: sed quod essent mysticæ & occultæ sacerdotium illa-  
 rum instar Ægyptiacarum, quas in simulacro Canopi  
 Antverpianam aliquando allato, Goropius exhibet Hiero-  
 glyphic. lib. 7. pag. 109.

*Runa cur* " Runicæ præterea nuncupentur, sive mysticæ & occultæ,  
*Mysticæ.* " tæ, tum quod ab aliarum gentium literis mira discrepant  
 insolentia: tum vero quod in occultis suis scientiis (puta  
 Magicis & præstigiatoriis quibus Borealis illa mundi pars  
 præ cæteris pollet & polluta est) hujusmodi literæ & charac-  
 racte-

raçteres (ut illæ Canopi in Ægypto) maximè claruere. Di- »  
cantur & proinde harum litterarum & scientiarum Profes- »  
fores Runici, lat appositè quafi Myftagogæ: habeanturq; »  
iidem apud Danos & Gothos, qui Britannis nostris atqve » *Runici.*  
Gallis, Druides, Magi apud Perfes, Gymnofophiftæ apud »  
Indos & in quavis penè gente fimiles. »

In eodeniq; quod Saxonibus olim aliàs *Ryne*, aliàs *Ru-* »  
*ne*, alias *geryne* & *gerune* legimus inconstanter: Intelli- »  
gendum est, *ge* particulam esse cùm apud Saxones nostros, »  
tum apud Germanos omnes (sed aspiratam *ghe* ab inferio- »  
ribus) quæ non mutat vocis significationem, sed auget po- »  
tius & adornat. Præpositam verò aliàs verbis & partici- »  
piis præteriti temporis, aliàs Verbalibus, & ad auctoris ali- »  
quando placitum nonnullis aliis. Majores nostri Nor- »  
mannos imitantes, hanc in *y* mutarunt, ut Chaucerus »  
pafsim; & quo ad *u* in *y* migrationem, & è contra, illud »  
etiam unicuiq; cefsit pro arbitrio inter Anglo-Saxones, ut »  
in finitis palam est exemplis. Hactenus Spelmannus meus. »

Non prorsus alienam ab hac, opinionem fovet Ha-  
drianus Junius in lua Batavia, cum RUNAM dictam vult  
*à musfando*, & *ceu in ἀπορήτοις*, effando. *Id namq;*  
*Germanis esse Rhunen.* Forfan quia Runæ olim solis sa-  
crorum præfidibus erant concreditæ & in arcanis vulgò  
non revelandis habitæ.

Quo etiam inclinare video doctissimum Historiogra-  
phum nostrum Regium, M. Stephanium, qui hæc ad me  
perscripsit: Lingua veteri Germanica *Raunen* significat  
susurrare, unde Megalander Lutherus istum Psalmi XLI  
versum *Simul aduersum me susurrabant omnes inimici mei:*  
ita vertit: *Alle die mich hassen/raunen mit einander wider*  
*mich.* Inferioris vero Saxonix populi *Runen* dicunt, h. e.  
Susurrare vel insusurrare alicui in aurem. Jam inter omnes  
constat, quod incantationes olim fieri solebant clam & vo-  
ce submissa, sive murmure quodam & leni susurro, ne vi-  
delicet prophani eas perciperent. Magia etenim (ut Apu-  
lejus asserit in Apologia) occulta res est, plerumq; noctibus

vigilata, & tenebris abstrusa & arbitris solitaria & carminibus murmurata, cui paucissimi adhibeantur, unde *Susurramen Magicum*, idem Apulejus lib. 1 Metamorphos. dixit pro incantamento, quod susurrando & murmurando fiebat. *Næ, inquit, istud mendacium tam verum est, quam si quis velit dicere magico susurramine omnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, Solem inhiberi, Lunam despurari, stellas evelli, diem tolli, noctem timeri.* Et lib. IV. Instit. jur. Susurros magicos, sive incantamenta, adeoq; ipsam Magiam universam, quam nos hodie *Troldom* vel *Troldoms* *Konst* vel *Trylletij* dicimus: Sed postea hanc vocem translata fuisse ad literas & ad carmina, quibus in suis incantationibus Magi utebantur.

Ab his diversus est clarissimus Salmasius, qui Commentario de Lingua Hellenistica cap. 2 pag. 382, vocem à Græcis coloniis qui sinistram Ponti oram occuparunt, aut Romanis tractam putat. *Getæ, inquit, à Græcis Ponticis ea imbiberunt, quæ postea ad Dacos sive Danos, Dani ad Germanos transmiserunt.* Certè & Dani literas inde suas videntur accepisse, quas vocant Runicas. Nam forma earum ex Græcis omnino efficta & expressa videtur. Nisi quis potius putet à Romanis imitatas & inde dictas Runicas quasi Rumicas, id est Romicas. Licet etiam à Græcis Constantinopolitanis qui *Ρωμαῖοι* proprie appellabantur Runicas dictas opinemur. Arabes quoq; appellabant *RUM* & *RUMI* Romanos. Sic Runicas pro Rumicis literas suas antiquas Dani appellarunt ex Græcis illis expressas.

Modernam quoque literarum appellationem quæ eas **BOGSTAVE** vocamus ex eodem agriculturæ fonte dimanasse apparet. **BOG** etenim Fagum, **STAV** scipionem seu baculum oblongum notat. Sic igitur dictæ quod omnes antiquiores, ductum unum oblongum & erectum fundamenti loco sibi vendicent, scipionem repræsentantem, cui varii discriminis causa adduntur, partim transversi, partim obliqui, partim incurvi. **BÓG** vero præfixum,

*Bogstave.*

*stav quid.*

*Bóg quid.*

xum,

xum, quia antiquitus cum libris carerent, lapidibus & lignis characteres impresserunt. Lignis vero præcipue, qui ad amicos deferendi aut aliò transmittendi, quod velex Saxone nostro lib. IV. discas, qui literas delineaturus, quas ad Regem Britanniaë, Fengonis tulerunt nuncii, sic inquit: *Proficiscuntur cum eo bim Fengonis satellites, literas ligno insculptas (nam id celebre quondam genus chartarum erat) secum gestantes, quibus Britannorum Regi transmissi sibi juvenis occisio mandabatur.* Sed quia ex omnibus lignis in Daniâ, frequentius nullum est fagino, nec ad impressiõnem suscipiendam aptius, eò etiam crebrius utebantur, eiqve maxima ex parte literas portatiles mandabant. Ut taceam hoc genus ligni nostratibus quasi peculiare ac proprium videri, dum tantâ copiâ apud nos crescat, quanta nullum aliud: cum interim apud vicinos Norvegos, Svecos aliosq; abietes & quercus frequentiores existant.

*Librorum partes quid antiquitus suppleverit.*

*Quare fagus præcipue libri sui loco.*

Nec diffiteri licet, alia quoque lignorum genera huic usui fuisse adhibita. De fraxineo testatur Venantius Fortunatus lib. VIII. Epigram. XVIII. *Qui inter reliqua & hæc habet:*

*Fraxino insculpta Runa.*

*Barbara fraxineis pingatur RUNA tabellis*

*Quodq; papyrus agit, virgula plana valet.*

Crediderim majores nostros omni lignorum generi, forsan & ossium & cornuum, suas mandasse epistolas. Id enim in Fastis liquidissimum, quos in hisce omnibus sculptos videre mihi contigit. RUNAM autem in hoc Epigrammate ita exponit Christophorus Broverus: *Runam fraxineis incisam tabulis pinxisse dixit barbaros, quando pro Epistola illis Runa erat futura belli nuncia. Runa vero cum aspiratione legebatur in antiquis libris.* Sed planum hujus loci sensum dabimus ad calcem capitis tertii.

In vetustis quibusdam M.S.S. STAV sine ulla adjectione, etiam à majoribus nostris vocatas fuisse literas invenio, unde emerfit verbum *at stave* / nobis frequentissimum, quo literarum collectionem indicamus.

*STAV pro litera.*

*At stave.*

A fago

BOG unde  
tractum.

An fagus à li-  
bro appellati-  
onem accepe-  
rit, vel vice  
versa.

Naturalia  
priora sunt  
artificialibus.

Corticibus in-  
sculptis Runæ.

A fago nomen Danicum BOG ad libros tractum est, eo quod libri id nobis jam præstent, quod majoribus nostris ligna fagina. Quamquam contrarium adstruere videatur Joan. Goropius Becanus Hieroglyphicorum lib. 2: non enim librum à fago, sed potius fagum à libro appellationem suam sortitam esse contendit, his verbis: *A BOEK arbor illa nomen accepit, quæ veterum Germanorum judicio, aptissima visa est ut ex ejus assulis tenuissimis codices compingerentur. Eam Græci Oxeam dixerunt, Latini Fagum, quidam etiam, quod in tenuissimas laminas scinderetur, scissimam vocarunt. Cujus historiae meminime alias non parum lucis, prius à seculi nostri hominibus haud visa intulisse. Profecto nulla arbor est quæ se patiatur in tenuiores assulas findi, cujus quotidianum ubique obvium documentum, cum alia tum vagina gladio- rum nobis exhibent.* Hisce quamvis Becanus aliquid in hoc negotio se olfecisse subindicare videatur, attamen à scopo aberrat, & præposterè priora à posterioribus elicit, contra manifestissimum Naturæ ductum. Ut enim naturalia prius extitere quàm artificialia ex iis fabricata; ita & nomina prius acceperunt; ferrum prius quam ferrea; ebur prius quam eburnea; lignum prius quam lignea; adeo ut hæc ab illis tracta & derivata sint. Cum igitur fagus prius in rerum natura apud omnes gentes, ubi crescit, extiterit, quam id quod ex eâ, arte elaboratur, ut libri vices gerat; quin etiam nomen suum in quavis lingvâ prius habuerit minus dubitandum. Ac in nostra quidem lingua ut *Bog* vocaretur prius, quam libri ipsi fagini *Boger*; ut & jam chartacei aut membranei eundem usum præbentes. Sed res per se plana ulteriori non indiget examine.

Non fagino solùm ligno, sed & ejus cortici olim insculptas fuisse literas quas amicis destinabant, ex supra citato Venantii epigrammate etiam liquido constat, in quo & hæc leguntur:

*Scribere quo possis, discingat fascia fagum  
Cortice dicta legi, fit mihi dulce tui.*

Ad

Ad quem locum hæc Broveri extat observatio, digna quæ hic locum habeat, cum nostrum institutum hinc non parum lucis fœneretur: *Dignus*, inquit, *iste locus ex quo veterum morem & institutum in epistolis mittendis & de apicibus literisq; in variam, pro re nata, materiam spargendis transferendisq; discas: nam & in fagi corticem & in fraxineas tabellas fuisse missas, utrumque ritu sane memorabili notat.* Accedant ergo hi modi

duo, ad veteribus tritam ceram, seu tabulas ligneas cera oblitatas; ad palmarum folia, arborum libros, ad *σικυτὰ λην* illam quoq; Laconicam, philyras, pugillaria, ossa, elephantinas tabulas ac eburneas, linteos pontificum libros, cerussatas mappas, ad omnigenæ formæ chartas, papyraceas atq; membranæas de quibus cum alii multa, tum A. Gellius lib. XVII. c. IX. Plin lib. XIII. cap. XI. XII. Isidor. Orig. lib. VI. cap. IX. X. & seq. Phil. Beroaldus ad III. Propert. eleg. XXII. Lignis literas mandare etiam Romanis olim in usu fuisse, vel ex Horatio in arte Poëtica constat, ubi Poëtæ munera enumeraturus inter reliqua hæc ponit:

*Oppida moliri, leges incidere ligno,  
Nunc honor & nomen divinis vatibus atq;  
Carminibus venit.*

Sed ad Runas.

## CAPIT SECUNDUM.

*An RUNER vox sit originis Hebrææ?*

**R**Eperiuntur nonnulli quibus nil nisi peregrinum arridet, quiq; propria & vernacula negligentes ad remota & externa, mentis oculos convertere sibi volupe ducunt: sive ut auram popularem, novitatis avidam, caprent felicius: sive ut præ reliquis reconditum, quoddam sapientiæ genus sapere videantur: hoc agentes ut naturam uni se magis Novercam quam alteri præbuisse simplicioribus persuadeant, Ex eorum numero quidam,

B

suam

Literarum  
subjectum  
varium.

Propria præ-  
ferenda alie-  
nis.



An Rinna à  
Rinna?

N 1. nimis  
lōge petium.

2. Præpostere  
priora à poste-  
rioribus tra-  
hit.

3. Iphis Hebra-  
is non signifi-  
cat literas.

4. Autoritati-  
bus Rabbinor-  
um idem cō-  
firmatur.

suam forsan in linguis peregrinis ostentare cupiens  $\tau\epsilon\iota\beta\eta\nu$ , vernaculam spernens, ex Hebræis fontibus vocis hujus etymon commode satis haurire se posse arbitratur.  $A$   $\text{רנה}$

*Rinna namq; quod orationem seu vocem denotare ait, Rinna nam ortam dicit, eo quod literæ voce formentur.* Ve-

rum enimvero cum tam longè petium sit hoc etymon, ut ne ipsis quidem Hebræis ullo sensu literas notare possit, quo pacto ab iis ad nos traduci queat non video. Præpo-

sterum siquidem foret à posterioribus priora mutuare & à voce (quæ à literis tanquam primis initiis ortum trahit) inverso naturæ ordine, literas, earumve appellationes desumere: cum ab his illa, non vice versa, fiat & oriatur. Nec

ullum in ipsa linguâ sanctâ uspiam extat exemplum, in quo vox  $\text{רנה}$  ab Hebræis pro literâ capiatur. Si idem illis, quod jam nobis obtrudit, denotaret; suspicionis forsan aliquis superesset locus, siquidem haud paucas Hebræorum voces in linguâ Cimbrorum antiquâ observarunt harum rerum curiosi. Jam vero contrarium res ipsa probat.

Nam constat ex inductione omnium exemplorum, & autoritate antiquissimorum Hebræorum, voce hac non nisi clamorem validum ac vehementem importari: qui clamor, aut è nimia cordis lætitiâ erumpit, & ovantium est; aut è vehemente animi dolore resultat, & acerbe querulantium est. Hanc in sententiam fusi sunt Hebræorum commentarii: quorum coriphæus R. D. Kimki voculam  $\text{רנה}$  his exponit verbis:

ענין הצעקה בכח יש מהם לשירה  
ילשמחרת ויש מהם להברזה ויש  
לבני ואוקה כמו

i. e. Vox RINNA significat clamorem cum fortitudine: qui aut lætitiæ, aut præconum proclamationi, aut miserorum precationi, aut fletui & gemebundæ exclamationi exprimendæ deservit, ut Ela. c. 43. Adstipulantur D. Kimkio, è Christianis Johannes Mercerus, Johannes Forsterus, Valentinus Schindlerus; item Targum Onkeli & c: sed clamorem hunc, seu ovantium, seu ejulantium, cum emor-

tuâ literarum figurâ nil commune habere, vel cœcus videt.

Quin imò, cum vocula  $\text{רנן}$  non nudum sonum, aut simplicem articulatam vocem indigitet, sed talem vocem, quæ ex intimo cordis, seu ovantis, seu plorantis affectu resultat: planè non video, quæ fronte audeat autor novellus, nativam indolem vocis secare, & lacerâ segmentâ, imperitioribus, ut divina Oracula objicere. Maneat saltem voculæ  $\text{רנן}$  significatio sua intacta & illæsa: & non vocem qualemcunq; organis loquæ formatam; sed vocem cum singulari mentis vel lætitiâ vel tristitiâ junctam audies. Consulantur Hebræi omnes: videantur Chaldæi: expendantur Syri omnes, quibus radix  $\text{רנן}$  cordis sollicitudinem, curam, meditationem, cogitationem indigitat: lustrentur itidem Arabes, quibus consimile  $\text{رنن}$  animi affectum lætum & psallemem denotat.

5. Natura vocis aliud importat.

Quid quod vocula  $\text{רנן}$  primò ac principaliter animi affectionem, non oris prolationem importet. Hinc sæpissimè adjunctam sibi habet vocem  $\text{לרנן}$ , ut Psal. 42, 5. in voce  $\text{לרנן}$  ovationis & celebrationis: Psal. 47. v. 2. Triumphate Deo, cum voce ovationis: Esa. 48, 20. in voce ovationis &c. Animi autem affectionem, ab orali enuntiatione multum abesse, nemo non videt.

6. Non oris sed animi affectum notat

Unde validè concluditur: vocem nostram RUNER ab Hebræorum  $\text{רנן}$  non esse diductam; aut sanè, nomenclationem ab affectu cordis esse sortitam: quod absurdum. Tantum ergo distat insolens hæc nomenclatio  $\text{רנן}$  RUNER, à  $\text{רנן}$  quantum intimus profundissimus & gravissimus cordis affectus, ab externa, superficiali, ac vocali garrulæ linguæ strepitu distat.

Ex abundanti addo, vocem RUNER ab Hebræorum  $\text{רנן}$  non posse diduci, nisi diceretur Rinene, vel (ut largiar comutationem Hirek minoris & Schurek, contra omnem rationem) ad minimum Runene. Cœcutivit namq; autor, ad manifestum Dagges literæ Nun insertum; quod literam Nun absentem, pro more linguæ compensat. Integram namq; nomen, scribit Kimkius, est  $\text{רננה}$ , ex quo

7. Deductionis ratio refragatur.

hoc truncatum, per adminiculum τ& Dagges exsurrexit. Sed quam ineptiat, qui RÛNE cum Renana (vel saltem ratione similis soni; nam de significatu, ex superiorib<sup>9</sup> liquet) convenire statuit, nemo tam est bardus, qui non facile animadvertat.

3. Primitiva esse potest.

Quinimò si nulla planè in lingua Danica extarent originationis hujus vestigia (etsi primitiva quoque esse posset, cujus ratio ab aliis non petitur) tum demum ad peregrina confugere aliqua forsitan nos cogeret necessitas. Jam verò tam claros ac limpidos nos ipsi hujus vocis tenemus fontes, quod supra monstratum, ut qui ad alienas lacunas divertitur, summam aut prodat inscitiam, aut supinam negligentiam.

Literæ non formantur voce.

Quia, inquis, literæ voce formantur idcirco à voce nomenclationem petunt. Egregia profectò ratio; cujus contraria vera est. Vox enim literis formatur tanquam causis materialibus, ex iisq; tanquam veris principiis constat,

Literæ quibus formantur.

non vice versa. Propriè si loquamur, literæ quatenus proferuntur, linguâ, labiis, aliisque organis loquelæ dicatis formantur: quatenus exarantur; stylo, calamo, penicillo, aliisque artificiosis, non verò voce. Falsa igitur penitus hæc ratio est.

Quo sensu literæ Danicæ vocentur Runer.

Quin imò animadvertisse hujus etymi autorem oportuit, literas Danicas propriè non dici RUNER, quatenus loquelâ proferuntur, aut distincta sua habent nomina quibus efferuntur: sed quatenus sculpuntur, aut (ut rectius dicam) exarantur. Hic quadrat illud quod Hermann<sup>9</sup>

Hugo de prima scribendi origine cap. 2. negat Literas seu scriptas, seu non scriptas partes esse vocis seu dictionis, quæ vox aut dictio est. Quia omnis vox aut dictio quæ tales sunt, soni sunt. Litera autem quæ litera objectum visus (neq; enim litera auditur, sed sonus literæ pronunciata, nequè quamdiu scripta non est, litera est) ecquæ igitur res visibilis pars erit soni? inquit ille. Quo quidem sensu nihil planè ad eas vel constituendas, vel exprimendas vox facere potest.

Ad literam constituendam sonus sufficit.

Quævis insuper litera, vel sola, vel junctim prolata, non vocem, sed sonum saltem distinctum efficit, jux-

ta cujusvis potestatem, licet nomen sit sortita, quod necessario integravocē exprimendum. Non igitur Hebraica, sed origine Danica est RUNER, sive primitiva, sive eleganti metaphora rem subjectam intellectui repræsentans.

Quod si à lingua aliqva peregrina vocem hanc deducere allubesceret, à Latina commodius id fieret, in qua ipsa vox RUNA totidem extat literis, teli genus latiore cuspide habens, juxta quosdam, significans: Hinc apud Ennium derivatum Runata, in illo: *Runata recedit*. Id est (ut Festus interpretatur) *Pilata*; vel ut Perottus; *Runis præliata*. Suspiciari forsan haud absurde hinc quispiam posset Runas Danicas veteribus Latinis haudquaquam ignotas fuisse. Nam haud incommode locus hic per nostras Runas; quas *Ramruner* dixerunt; interpretationem admittit sensui congruam: Si enim dicas, Runata recedit, id est Runis confecta ac dementata, vel telis magiâ Runicâ incantatis; nihil à scopo alienum protuleris. Quidam legunt *re-*  
*cidit*. Sed forsan obstare videtur quod ab eo extet diminutivum *Rulla*, quod instrumentum notat, quo vomerem detergere solent Rustici. Sic namq; Plinius: *Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus Rulla*.

Nostram igitur interpretationem nemini obtrudim⁹. Sed ut de Runis altius cogitandi occasionem præbeamus in medium hæc probabiliter adduxisse suffecerit. Sunt inter doctiores nostri ævi, qui Runam & pilum tela missilia fuisse existiment, quibus majores nostri in bellis utebantur. Ita quidem ut Runa latiori fuerit cuspide; Pilum vero acutiori & trigonali. Unde etiam Sagitta en Psj. Ad similitudinem itaq; hujus Runæ seu baculi Runati, & literas nostras Runas dictas arbitrantur. Sed judicium sit penes lectorem.

Runa Peruensibus, hominem significat rationis compotem, ut docet Johan. de Laet. de script. Indiæ occid. lib. X, cap. I.



Runa extat  
in lingua La-  
tina.

Runata.

Ramruner.

Rulla.

## CAPUT TERTIUM.

*Quot modis vox RUNER usurpari  
consuevit.*

*Runer pro in-  
cantamentis.*

**Q**UOD majores nostri literas suas RUNER appellave-  
rint, quibusq; de causis jam demonstratum: Verum  
in hoc vocis significatu nequaquam substituerunt;  
sed quia ad malas artes Runicis literis abusi sunt olim pluri-  
mi, coepit vox Runer pro incantamentis usurpari, unde in  
Codice legum Norvagicarum, Titulo de iis quorum mul-  
ta partim Regi, partim Episcopo cedit, & hic extat Para-  
graphus: *Es madr sær met Spaadom/ Runum/ Gal-  
drum/ Gierningom/ Lifiom/ edr adrom thvillikom lutom/  
sem dømizt fyrri villa/ fare vilægr en Kongr oc Biscop  
skifti se hans.* Id est: Si quis vaticinationibus, Runis, in-  
cantamentis, maleficiis, præstigiis, aliisq; ejus generis erro-  
neis judicatis actionibus, deditus fuerit, exul erit, ejusq;  
bona Regi & Episcopo cedent. Ex quo liquidò patet spe-  
ciem quandam incantamenti fuisse, quæ Runis perficieba-  
tur, quæq; ab iis nomen traxit. In Rythmo vulgari Islan-  
dico proci<sup>9</sup> cupitam foeminam alloquitur in hunc modum:

*Viltu icke etga mig med Kollu minum brunum /  
Heldur en annar vilte dig med Runum.*

*Pro literatis.*

Quin & ad eos qui literas ac Runas tractarunt, etiam  
transtulerunt. Huic etenim literaturæ, rerum naturalium  
inquisitioni, Astronomiæ, Magiæ quinetiam qui se con-

*Adelruner.*

secrarunt RUNER & ADELRUNER vocarunt, non se-  
cus ac Græci *γράμματις καὶ γραμματισὰς ἀπὸ τῆς  
γράμματῶς*: Et Romani à literis Literatos & Literato-

*Runarum of-  
ficium.*

res. Horum autem munus præcipuum in eo positum e-  
rat, ut præter literarum tractationem, viris de Republica  
benè meritis monumenta erigerent, eos qui pro patriâ &  
libertate, pro aris & focus strenuè pugnando sanguinem fu-  
derunt, Epitaphiis condecorarent, aliaq; quæ Literatos &  
sacrorum præsides concernebant, administrarent. Quod  
enim

enim Hebræis Rabbini, Ægyptiis Heliopolitani, Pærsis Magi, Indis Brachmanni, Babylonii Chaldæi, Æthiopi-  
bus Gymnosophistæ, Græcis σοφοί, Latinis Philosophi,  
Gallis Druides, (quos Gesnerus in Mithridate p.33. haud ab-  
sonè à Runis derivat quasi *die Runende* id est *die Runen-*  
*den*; Runas, ut ego interpretor, seu Literas, Philosophiam  
& Magiam Naturalem tractantes) Schytis Aggripæi, Abii  
& Calvi: Hyperboreis Ariumphæi: Hispanis Turdetani:  
id Danis erant RUNÆ.

Hic autem titulus quamvis promiscuè tam foeminis,  
quam viris in hoc studio præstantibus attributus compe-  
riatur (nec enim seqvior hic sexus ab ullo corporis aut a-  
nimi exercitio antiquitus excludebatur) viros tamen po-  
tissimum RUNER; foeminas verò, vel quod ex nobili &  
præclarâ familiâ ortæ potissimum se hisce darent; vel quod  
scientia ipsa nobiles eas reddiderit, ADELRUNER appel-  
larunt (*Adel* hoc in loco tam artis quam generis præstan-  
tiam designante) quod vulgus correptè ALRUNER pro-  
nunciabat. Particula AL perfectionem inferente, ut in  
*Ulmæctig/ Ulmindelig/ &c.* In Edda, ubi de Regum Sy-  
nonimiis agit, vocabulum RUNER pro aulicis quicq; Regi  
sunt à servitiis capi, inveniò à Poëtis. Sic enim ille: *Hirðo*  
*men eru sua fender at fallader Kongs Runer* / id est: Au-  
licos notum est appellari Regis Runas. Idq; probat testi-  
monio Scaldri Halfrodi, qui ita cecinit:

*Regis aulicos excitat strepitum*

FRAYN RNNI MANN FRNYIA

*Gunnicus ubi receptui canitur*

FRNRIRYNN \*IR IR \*NNA NYLA

*Hugonis malleo diverberatos*

\*APLA \*AYRI HIRPALL

*Iracundus invadit.*

\*IBI BRAPNA NY HIR NAPIA

Foeminas quoq; Eddice RUNAS dictas fuisse sunt qui  
probenet ex Voluspa Cant.37. v.3. ubi hæc leguntur: FRK  
AKMARI FRIBNA HIRI RNNNY: Qui alterius  
vel-

*Runa dicta  
tam viri quã  
foemina.*

*Viri Runer.*

*Foemina A-  
delruner.*

vellicat aurem conjugis: ut hic innotentur, qui verbis lascivis aliorum uxores ad adulterium sollicitant. Alii verò per *Runum* hic intelligunt Magiæ speciem, quæ literis Runicis peragebatur: ut sensus sit, qui alterius aurem Runis incantat, aut magico carmine. Quid aliòquin Anglis olim fuerit: *To Rome one in the eare*; supra ex Spelmano docuimus.

*Adelrunæ  
vox ab exte-  
ri corrupta.*

*Aridia apud  
Tacitum pro  
Adelruna.*

*Aliorumne  
Jornandis.*

*Abbat. Ur-  
spergensis.*

Post varias verò gentis nostræ in exteros expeditiones, & hoc nomen aliis innotuit, quamvis mutilum & depravatam scriptores exteri ad posteros illud transmiserint. Hinc apud quosdam ALURINIAS; alios ALIORUNNAS, ALIRUNAS, aliaq; ejus generis legere licet. Illud enim quod de AURINIA (vel ut quidam legunt ARIDIA) apud Tacitum de moribus Germanorum extat, quam olim instar Deæ cujusdam, magnò in pretio habitam fuisse refert, corruptum arbitratur Lipsius, & ALURINIAM legendum censet. Elias verò Schedius Syngram. 3 cap. 9. de DIS German. ALIRONIAM legendum putat, eamq; lectionem proximè ad veritatem accedere. *Alironæ enim, inquit, fœminæ dicebantur, quæ vaticinia procurabant, & de futurorum eventu prospiciebant.* Sed & ipsi vocis hujus originem ignorantes, falluntur. ADELRUNAM namq; dictam fuisse ex jam allatis constat, quam ALRUNAM vulgus appellavit. Unde alii ALIORUMNAS deduxerunt, ut videre licet apud Jornandem, Abbatem Urspergensem & alios. Quorum ille de rebus Geticis Cap. 24. de iis ita differit: *Repperit in populo suo quasdam Magas mulieres, quas patrio sermone ALIORUMNAS is ipse cognominat.* Ad quem locum Petrus Brossius in suâ Lugdunensi editione hæc ad marginem notat. *Aliorumnas hodie dicimus ALRUNAS.* Hic verò in Chronicis de origine Hunnorum hæc habet: *Filimer Rex Gothorum & Gandarici Magni filius, qui post egressum eorum de Scanzia insula, jam quinto loco tenuit regnum Getharum, quiq; terras Schyticas cum gente sua intravit, quasdam mulieres magas quas illi Gothico nomine ALIO-*

RUM-

RUMNAS vocant in exercitu repperit, easq; suspectas habens de medio sui jamprægnantes, ut quidam dicunt, proturbavit. Ubi in meo exemplari ad marginem notatum extat: *Mulieres magæ Aliorumna dictæ, Germanice Alrunli vocantur vetulæ, quemadmodum à Sycambriis dicimus Germanicè Schamper.* Hunc vero locum totidem fermè verbis Abbatem ex Pauli Diaconi libro 12 descripsisse apparet. Refert quinetiam Munsterus *Cosmographiæ l. 2. cap. 30.* Marcomirum secundum Francorum Regem cum infelici successu contra Gothos pugnasset, de regione & sede mutandâ consilium cepisse: verum ut de eventu certior esset, Gothicam fœminam ALRUNAM dictam, consuluisse, quæ arte Magicâ statuam tricipitem ei exhibuit, consilii eventum ostendentem. Sic enim inquit: *Atq; ut certior esset, supervenit magæ quædam ALRUNA (in Germanico Alrauna) nomine, quæ ad idem illum cohortata.* Effecit enim mulier illa arte sua, ut noctu Regi Marcomiro appareret Spectrum quoddam cum tribus capitibus &c. Atego hoc in loco ALRUNAM nomen officii & dignitatis hujus fœminæ, non autem proprium fuisse arbitror, licet quandoq; proprium sit.

Munsteri.

Quod & innuisse Wulfgangum Lazium lib. 3. de migrat. Gentium constat. Is enim pag. 83. idem de Marcomiro referens, sic inquit: *Alii Spectro sibi à Saga Alruna objecto, quod habebat tria capita, Aquilæ, Leonis & Bufonis, quod ostendebat posteros illius, Romanos & Gallos subjectos fore.* Sed forsân non abs re erit adducere quæ de hisdem in eadem Historia habet Trithemius in Epitom. Franc. *Eadem nocte, inquit, Marcomirus Rex, incantatione patriâ numen evocavit, præcinendo murmurè, quam vaticinantem à sagacitate Alrunam nominarunt: comparuit monstrum, ratificavit autoritate sibi, vaticinationem sacerdotis, & jussit illico traducere gentem.* Numen triiceps Marcomerus ad stare perspexit, & uniuscujusq; capitulis singulare audiuit Prognosticon, discretumq; vidit Diadema, unicuiq; supereminere impositum. Primum caput

C

fuit

W. Lazii.



fuit Bufonis, secundum vero Leonis, & tertium Aquila in forma, quasi expansis alis desuper stantis & dextra Leonem sinistra Bufonem fovendo contingens. Post longum deniq; carmen, quod huc adducere prolixum nimis arbitror, subdit: His ab Aliruna auditis, Marcomerus cum universo populo, uxoribus liberisq; omniq; supellectile difficilem & diuturnam viam incepit. Earum etiam meminit Cornel. Agrip. de occult. Philosoph. lib. 3. cap. 34. in hunc modum: Traditum est historiis, quasdam Gothorum (quas Alrunas vocant) & specie & ingenio spectabiles feminas olim Filimiri sive (ut alii ajunt) Idantresi Gothorum Regis castra egressas in Asiatica Scythia Solitudines, trans Meotides paludes migrasse; ibiq; à Faunis & Satyris compressas, primò Hunos progenuisse.

C. Agrippæ.

Christophorus Broverus in notis ad locum ex Venantio supra adductum, memorat Hadrianum Junium in sua Batavia asserere. ALRUNAM priscis fuisse mulierem fatidicam. ALI enim seu HALI fornande teste Gothis idem fuisse quod sacrum, ut hodie Germanis Hailig. Runam vero dictam à mußando, & ceu in ἀπορήτοις effando, id namq; Germanis esse Rhunen. Nescio qua felicitate, vocabulum Alrunæ in Alironiam mutet Schedius de Dis Germanis Syngram. 2. cap. 43. atq; conjicit ab Hebræo descendere nempe ab חַן, quod excelsum & חן canere significat, quasi excelsorum cantatrices: quod Heroum martios animos, clamoribus suis ad prælium animarent, fortiaq; eorum gesta celebrarent. Nos supra dictis abundè docuimus non in aliena, sed nostra lingua petendam esse hujus vocis originem, quæ Cimbris & genti nostræ clara satis.

Hellerunnam quoq; dictam fuisse arbitratur Ricardus Argentinus Anglus, libro de præstigiis & incantationibus Dæmonum, cap. XI. Sed cujus autoritate ignoro. Ita enim loco dicto: Alrunna veteribus Gothis maga vel saga erat, quæ ex sanguine humano vel extis inspectis captivorum, quos ipsa gladio occidisset, divinabat, quam item Hellerunnam vocabant, hoc est secreto cum inferis & Dæmoni-

Ricardi Argentini opinio.

monibus colloquentem; unde  $\text{\textcircled{E}}$  herba Mandragora Helle-  
rumna dicta est. Idem fermè repetit cap. XVI. Helle-  
rumnas seve Alrumnas, ex sanguine humano vel extis inspe-  
ctis captivorum, quos ipsa gladiis occidissent secreto cum  
Demonibus  $\text{\textcircled{E}}$  inferis collocatas fuisse,  $\text{\textcircled{E}}$  Armenis Na-  
han sagam fuisse, video placere doctis. Helle Germanis  
infernum denotare novimus, nostratibus Hellsvede / hinc  
Runis additum, forsan internalem Runam, seu eam quæ  
cum inferis commercia habet denotabit; sed hanc vocem  
apud prisciævi autorem nullum, legisse me memini. Man-  
dragoram herbam Alraun non verò Hellerumnam vocari  
mox docebimus.

Harum foeminarum habitum & mores à Strabone de-  
scriptos arbitror, dum de moribus Cimbrorum ita loqui-  
tur lib. 7. *Eorum uxoribus in militandi societate conjunctis,*  
*consequentes nonnullæ divinationis peritæ Sacerdotes adha-*  
*rebant, quibus canus capillus erat, alba vestis lintea, è Car-*  
*baso subter tunicam fibulis annexa, aheneis incincta zonis,*  
*pedes nudæ. Captivis per castra strictis occurrebant ensibus,*  
*quos ad humum sternentes ad æreum pertraherent craterem,*  
*deinde eos in sublime tollendo, jugulum ferro aperiebant  $\text{\textcircled{E}}$*   
*profluente tum sanguine in craterem, eventum belli vatici-*  
*nabantur. Aliæ dissecto ventre ex intestinis victoriam in-*  
*terpretabantur. Inter præliandum verò pelles ad carruca-*  
*rum velamina extensas crebris pultabant ictibus, ingens stre-*  
*pitus cum horrore edebatur. Hunc ipsum locum de Adel-*  
*runis nostris allegat Aventinus Annalium Bojorum lib. 1.*  
*pag. 48. ejusq; commentator Johan. Lyscander antiqvita-*  
*tum Danicarum scriptor dignissimus qui lucem videat.*  
Cujus hæc sunt verba: *Nomen eis autor ALIRUNÆ attrib-*  
*it  $\text{\textcircled{E}}$  convenit cum vocabulo RUNER, quod istis prophetissis*  
*commune fuisse ferunt. Nam  $\text{\textcircled{E}}$  inde olim literæ Runicæ*  
*in Cimbrica gente appellationem accipiebant, quæ apud Sacer-*  
*dotes servabantur, quarum figuras nos in Dania vidimus,*  
 *$\text{\textcircled{E}}$  de earundem ad veneficas incantationes virtute prædi-*  
*cantur mira. ALIRUNAS ADELRUNER exponunt,*

*Alrunarum  
mores & ha-  
bitus ex Stra-  
bone.*

*Literæ à Run-  
is eas tra-  
ctantibus di-  
ctæ Runæ jux-  
ta quosdam.*

*Adelrunæ*

quare sic di-  
ca?

quod nemini fas fuerit sacra gentilium manibus tractare, sacrificare, vaticinari, nisi qua nobili & industrio ordine & profapia nata essent. De hisce sermonem esse arbitror apud Alexandrum ab Alexan lib. 4. genial. dier. cap. 7. cum inquit: Germanis hoc in usu erat, non ante acies committere, quam per matres familias, quas plurimas educebant in castris, an decernendum esset sortibus & vaticinio prædictum foret.

Ridiculus est Conradus Gesnerus in Mithridate p. 32. ubi in hujus vocis inquirat etymon: *Etymologiam nescio, (inquit, & verè) nisi Hellerunas id est secreto cum inferis & Demonibus colloquentes interpretari liceat. Runen enim insusurrare vel secreta in aurem colloqui Germanis sonat, vel ORUNAS AURUNASVE, id est Aurisusurras, quod fortè murmurantes & susurrantes, nec altiori voce quam susurri in aures fiunt, & ceteris obscura omnibus, præterquam illi cui insusurrantur, sacra & magica verba sua proferrent, & quasi cum Demonibus susurrarent, eorumq; vicissim colloqua ipsæ solæ acciperent intelligerentq; vel ADELRUNAS id est vetulas murmurantes.* Condonandum viro optimo & eruditissimo; quod de rebus minus cognitis tam absurda & absona proferat. Non enim sua errat culpa, sed potius nostratum inertia, qui de exteris & alienis solliciti, propria & domi nata negligunt, nec digna judicant, quibus aliquid operæ locetur, ut in conspectum doctissimorum virorum aliarum nationum prodeant, & occasionem præbeant posteris de hisce aliisq; ulterius inquirendi. Ex supra dictis vera hujus vocis patet etymologia, quæ si Gesnero perspecta fuissent, aliam ei mentem suggessissent.

Runameste-  
re.

Hos ipsos, qui olim RUNER vel ADELRUNER dicti sunt, progressu temporis RUNAMESTERE, id est Runarum magistros appellatos fuisse ex variis Scaldæ locis colligere licet. Islandis etiamnum dicitur *Ryndur* adjectivè. *Hander vel ryndur madur* id est: Vir benè Runicus. Inde etiam est *Samryndur*; homo ejusdem studii Runicum, cujus plurale *Samrynder* ut *Deyr eru samrynder menn*: accipitur pro

pro concordibus quibus unum cor, eadem mens & voluntas, & eadem Runæ familiares.

Et nescio annon hinc factum, quod vox Runer pro Aulico quandoque ponatur, ut in Edda ubi de Synonimiis Regum agitur. \*IRPΨIK IRN HNΛ YIKPIR AY YΛP-APIA YAPYH RNMA. Aulicos notum est appellari Runas Regum, idque probat autoritate Halfredi Grams Runi.

Quinimò integra, quibusdam in locis, eorum extitit. Runarum Collegia. se collegia haud obscurè innuit *Havamaal hin gomlu*, ubi circa finem de ejusmodi collegiis Runarum differit hac verborum forma: ΨΛP IR PNPN AP PIMΛ II PIIK- PNA, PNMΛ HAPM Λ, NRPAR BRNMME AP, HΛ IP AP PAPPΛ, HΛ IP AP \*NPPL, \*PNPPI IP Λ ΛΛP, RIF AP RNMA \*HIRPI IP PΨΛ PIF NP- RAPPY \*APPΛ \*PPIPI, \*APPΛ \*PPIPI AP, AP HAPPIH HΛ. Id est, tempus est ut cessem loqui in Cathedra, quæ sita est ad fontem URDUR, vidi & tacui, vidi & annotavi, auscultavi quid loqueretur, qui præfuit sacris Monumentis RUNARUM, qui etiam solus consilia dedit in aula sublimi, & sic dixit. Hinc liquet olim apud nos ejusmodi fuisse collegia, in quibus qui præsidebat, ex cathedra docebat, auscultantibus reliquis.

Hoc quoque innuit Historia Bremmensis lib. 2. cap. 13. edit. Vellei, ubi de celebri Sclavorum civitate Jumne dicta differit. *Ab illa, inquit, civitate brevi remigio trahuntur ad Diminem urbem, quæ sita est in ostio Peanis fluvii, ubi & Runi habitant.* Quia igitur hæc civitas Runarum frequentiam celebrata extitit, non paucos ibidem hujus professionis habitasse verò similimum est, ac forte collegia, Scholas & Academias suas ibidem, ut & alibi in his oris habuerunt, in quibus juventuti hanc literaturam cum aliis eò spectantibus instillabant. In hoc præterea tractu sinu sc: Runa Insula. magno Livoniæ prope Oesiliam Insulam, alia quædam minor extat quæ hodierno die Rune vocatur; forsitan quod à Runis culta & inhabitata, & nescio an locus ex Bremensi

Runa gens  
Sclavorum

adductus de hac Insula exponi possit, siquidem hinc non procul distat urbs Dunemunæ, quæ antiquitus Dimine dicta videtur. Confirmat & hoc A. Bremmensis editio Lindebrogiana descriptione Daniæ auctior cap. 225 ubi hæc habet: *Illarum autem Insularum qua Sclavis adjacent, insigniores accepimus tres. Quarum prima Fembre vocatur, hæc opposita est Wagris. Altera est contra Wilkos posita, quam Rani vel Rumi possident fortissima Sclavorum gens, extra quorum sententiam de publicis rebus nihil agi lex est, ita illi metuentur propter familiaritatem Deorum vel potius Demonum, quos majori cultu cæteris venerantur. Quæ omnia Runis nostris apprimè quadrant.*

Runa Eburō.

Inter Eburones Belgicæ, gens etiam fuit Runicadicta, de qua Chronicon Carionis lib. 4. in hunc modum: *Eburonibus annumerantur Runicæ, Bethasii, Toxandri, Masaci. Runicorum nomen pars Belgici retinuit Xunckerland. Sic legendum enim pro Runicis apud Tacitum, & pro Runicis apud Plinium.* An verò gens hæc à nostris Runis ortum traxerit incertum est.

Runa pro Epistola.

Pro Epistola aut nota Hieroglyphica quandoq; sumi vocem Runæ ex Venantii Fortunati supra citato loco colligere vult Broverus ibidem. RUNA, inquit *hoc loco censeripotest epistola arcano argumento scripta, & quam qui mittit enunciari non vellet.* Re tamen mecum pensiculatius estimata pronota tanquam Hieroglyphica Runam accipi commode posse demum constitui. Sed si Runam in hoc Venantii Epigrammate pro litera sumamus, sensus erit multo clarior. Versus ita habet:

*Barbara fraxineis pingatur Runa tabellis*

*Quodq; papyrus agit, virgula plana valet.*

Vult Runam id est literam seu Characterem Barbarum [ sic Danicum aut Gothicum vocat ] fraxinea insculptum aut pictum tabella; idem præstare quod litera Romanorum in papyro exarata, sensum scilicet scribentis exprimendo & consignata ad alios transmittendo.

Runa pro domo.

*Runa sive Rane domum oblongam denotare, do-*

cet

cet Lexicon meum Runicum in voce *Þiglysing*. Hinc forsan & literæ hoc nominis obtinuerunt, quod oblongis constant ductibus & lineis.

In Haavamal *þin gomle* / varias videor mihi observasse significationes hujus vocis. Dum inquit *R A Þ A Þ R N K A \* I R Þ I I Þ Þ \* Y A*, per *Ofruna* intelligere videtur sacra & peculiaria quædam Runarum documenta. Paulò post, ubi docet quomodo alterius uxorem in sui amorem, pellicere quis possit, characteres quibus id præstaret, vocat *A R N A R N K N Y*, peculiare nempe literarum Runicarum vel Magicarum genus. Sic post, *Þ A Y A K R N K N Y* indiget eas literas quibus in conversatione hilariori utimur, vel potius ipsam cum amicis bonis conversationem, quæ sapientia acquiratur, & hac eadem voce utitur paulò inferius, ubi de fœmina honesta, quæ viro lætitiâ adferre possit, sermo instituitur. Elegantissimus est hic tractatus Haavamal dictus, præceptis ethicis & politicis refertus, dignus qui non solum lingua Runica sed & Romana legatur.

Germani herbam Mandragoram *Alraun* vocant, forsan quod ad magicas incantationes valere credatur, & formam hominis utcunq; referat. Radice enim cum sit bifurcata, si effodiatur (ut inquit Mathiolus in Dioscoridem lib. 4.) tempore quo fructum fert, qui mali instar super folia ad terram procumbentia, brevi pediculo appensus parum à radice distat, hominis cui brachia desint effigiem quadantenus repræsentat. Hinc variis artibus impostores hanc radicem imitari student, ut credulis & superstitionibus deditis majori cum lucro eam venditent: de quo si lubet consule Mathiolum loco jam dicto. Sed ut ad Runas nostras revertamur instituti postulat ratio.

#### CAPUT QVARTUM.

*Cur literæ Runicæ à quibusdam Gothicæ*

*Et Geticæ vocentur.*

**Q**Vicunq; exterorum, literarum nostratum mentionem iniecere, paucis admodum exceptis, Geticas seu Runa sunt literæ Gothicæ Gothi-

Gothicas eas appellitarunt, Gothisq; tanquam proprias adscripserunt. Sic enim Socrates Histor. Ecclesiast. l. 4. cap. 27. Ricobaldus Ferrariensis, Otto Frisingensis Chron lib. 4. cap. 16. Trithemius Polygraphiæ lib. 6. Crantzius lib. 2. Sveciæ cap. 26. Bonav. Vulcanius tractatu de literis & lingua Gothorum, multiq; alii.

*Falso Gothus  
ulphilas puta-  
tur invenisse  
Runas.*

Causam verò hanc pleriq; allegant, quod Ulphilam Gothorum Episcopum Arrianum eas excogitasse & primum divulgasse existimaverint. Eum enim Sacra Biblia in linguam Gothicam vertisse, literisq; Gothicis descripsisse referunt Historici. Verum si regiones Aquilonares peragrati fuissent, ac cautes & cippos hisce elementis ante tempora Ulphilæ exaratos conspexissent nequaquam hanc ei adscripsissent laudem, ut suo dicitur loco.

Rem verò ipsam quod attinet, licet Cælius lib. 8. c. 1. lect. asserat: *Gothorum institutum fuisse ne literis imbuerentur Reges, quod illa longo à fortitudine intervallo abessent, ac magnanimitate: quinita effœminari potius animos remollitosq; ad timiditatem delabi.* Attamen si à Gothis

*Runa vocan-  
tur Gothica  
lueræ à pri-  
scis Gothis.*

& Getis ipsiis priscis, elementa hæc Gothica & Getica dici statuerimus, nequaquam aberrabimus. Ab iis enim primo inventa, ab iis frequentata, ab iis quoq; propagata ad nostrum seculum profluxerunt. Sed quinam & quales extiterint hi Gothi, ac quo in loco sedem fixam habuerint, non omnes æquè feliciter explicant, quocirca de iis pauca hoc loco delibanda veniunt.

*Gothici regni  
prima rudi-  
menta ubi ex-  
titerint.*

Prima Gothici regni rudimenta, Gothorumq; originem si spectes, eam nullibi reperies præterquam iis in regionibus quæ Danicæ jurisdictioni jam sunt subjectæ. Geticum enim regnum initio quidem exile, progressu verò temporis amplissimum, in Septentrione genuisse Gothiam in Scandiâ, & Gotolandiam Daniæ Insulam, testatur Jornandes & alii quotquot harum gentium originem & progressiones accuratius sunt rimati. Paulatim verò accessione amplissimarum Provinciarum aucta, iusti imperii formam acquisivit, quod magnanimos istos produxit Go-

*Gothici regni  
incrementum.*

thos

thos qui comitantibus vicinis, maximam Europæ atq; Afriæ partem sibi subdiderunt. Ex parvis enim initiis regna omnia ad eam quâ jam conspiciuntur pervenere Majestatem. Gothos verò & Getas eandem fuisse gentem testis Orosius lib. i. cap. 16. cum inquit: *Modo autem Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander evitandos pronuncia- vit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinavit relictis va- suefactisq; sedibus suis, &c.*

*Gothi & Ge-  
tæ iidem.*

Hieronymus item in Genesin, Gothos ab eruditis antiqvis Getas nominatos esse testatur. Dio librum de rebus Gothorum *γερικόν* inscripsit, teste Suida. Claudianus palsim Getarum nomine Gothos intelligit, & Græci rerum Ecclesiasticarum scriptores illos *γότθας* vocant, teste Francisco Fabricio in cap. 16. lib. i. Orosii.

Verum non hi solum pro Gothis, Getis & Gutis ab ex- teris sunt habiti & celebrati, sed & reliqui ferè omnes aqvi- lonares hæc regiones incolentes, qui variis expeditionib9 novas sibi sedes quæsiiverunt; quibus etiam Getarum, Da- corum, Cimbrorum & Normānorum nomen promiscuè attributum est, quod variis tam Græcorum, quam Latino- rum monumentis comprobatum faciliè quis dederit. Pro- copius quidem Gothos, Vandalos, Visigothos, Gepedes, Sarmatas &c. gentes Geticas vocatas fuisse expresse asserit de bello Vandalico lib. i. sic inqviens: *Gothicæ gentes mul- tæ quidem & aliæ prius fuerunt quam nunc, omnium au- tem maxime & potissime Gothi & Vandali & Visigothi & Gepedes; jam dudum & Sarmatæ & Melanclenæ ap- pellati. Sunt & qui Geticas gentes has vocent, qui omnes nominibus quidem inter se differunt, cætero conveniunt.*

*Gothi, Getæ,  
Guthi exteris  
iidem.*

*Geticæ gentes  
Procopio.*

*Nam albi sunt omnes corpore, flavi coma, proceri quoq; & a- spectu probo, legibus item iisdem utuntur. Similiter & Ar- rianæ omnes opinionis; voce unâ Gothica appellata utentes, & ut mihi sanè videtur, ex una omnes gente procreati, no- mina postea ab eorum ducibus varia sortiti. Hi autem po- puli qui Procopio teste, à Græcis Gothi & Getæ sunt voca- ti, à Romanis Dani & Daci dicti sunt, quod ex Plinio di-*

*Getarum ha-  
bitus & mo-  
res.*

*Unde Getæ di-  
versa imposi-  
ta nomina.*

D

scere



Gothi & Ge- scere licet, qui lib. 4. Nat. hist. cap. 12. sic inquit: *Ab eo in*  
 12 Romanis *plenum quidem omnes Schytarum sunt gentes, varia tamen*  
 Dani & Daci *littori apposita tenuere, alias Getæ, Daci Romanis dicti, a-*  
*lias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ &c.*

Horum igitur ut & aliorum classicorum autoritate, fretus Aventinus lib. 1. Bojaricæ histor. pag. 35. in eundem  
 Cimbrorum *fermè differit modum his verbis: Cimbrorum partes sunt*  
 Populi. *Dani, Scandia, Selandia, Scandinavia, ubi Nordervi &*  
*Normanni, Sviones qui & Svesii & Svedi, Fenni, Gothi,*  
 Gothi unde *ab his sinus Godanicus nomen habet, Græci Getas, Latini*  
 egressi. *Dacos vocare solent. Et rursus pag. 26. Tunc etiam ex*  
 Gotti, Dani, *Gotolandia sinus Venedici Insula, quæ è regione Vistula si-*  
 Daci, Getæ *ta, ab Aquilone Scandinaviam peninsulam spectat, Gotti,*  
 idem. *qui Dani, Daci vel Getæ sunt, sub Rege Berico egressi ad*  
*Danubium migrarunt, in eas regiones quas Ugri, Transsyl-*  
*vani, septemcastrenses, Valachi tenent. Regnatum ibi à*  
*Danis & Getis usq; ad Valentis Augusti annum decimum.*  
 Gothicum *Quæ ut ritè intelligas, scire convenit, Getarum ut & Cim-*  
 nomen late ac *brorum nomen quandoq; latius, quandoq; strictius capi*  
 strictè sumi- *ab Historicis. Latius hic sumitur, ut & apud multos alios,*  
 tur. *pro omnibus populis Septentrionalibus, qui expeditiones*  
 Runarum va- *in externos instituerunt, quiq; ut communi linguâ ita literis*  
 ria appellatio *usi sunt communibus, hisce nempe de quibus hic agimus:*  
 nes. *quæ sive Gothicæ dicantur, sive Cimbricæ, sive Danicæ à*  
*populis, qui iis usi sunt, sive Runicæ, à Sacerdotibus qui*  
*eas potissimum tractabant, & quibus præ reliquis concre-*  
*ditæ erant, perinde est, modo sano sensu intelligas. Hinc*  
*est quod Johannes Spedus in Devonix descriptione, hæc*  
*Danicas vocet literas; in hunc modum de monumentis ad*  
*Exmore extantibus differens: Ad Exmore visuntur quæ-*  
*dam antiqui operis vestigia videlicet saxa, alia in triangulum,*  
*alia in orbem erecta & ordine disposita. Trophæa*  
*certè victoriarum quas Romani, Saxones & Dani obtinuerunt.*  
*Ac Danicis quidem literis unum eorum inscribitur,*  
*ad dirigendum eos, qui illac iter haberent.*

Et hoc sensu de Gothis disputat H. Cornel. Agrip. occult.

cult. Philos. lib. 3. cap. 35. cum inquit: *Nec alia ratione Gothi nuncupati sunt, quam quod summum Deum eorum lingua nuncupat Gothum. Hinc & Teutones dicti, quia, quem colebant Deum Martem nuncupabant Teutamum, quo nomine etiam Galli Mercurium vocabant. Strictius verò & propriè nomen Cimbricum iis competit qui Chersonesum Cimbricam, Guticam, seu Juticam jam dictam: Gothicum, qui Scandiam cum adjacentibus provinciis & Gotholandiam: Danicum qui Baltheas jam incolunt Insulas. De quo egregiè differit Sermo tertius antiquitatum Danicarum Johan. Lyscandri, ex quo hoc loco excerpere lubet, quæ ad nostrum magis faciunt institutum, & quæ rationes reddunt cur Dani Getæ sint dicti & Gothi, & per consequens literæ Danicæ, Gothicæ: licet hic autor nuperè publici juris factus, ex Archivis Bibliothecæ Academiæ Regiæ Hafniensis erutus. Inter reliqua autem maxime huc spectantia hæc habet: *Ante tempora Danica duas fuisse adversus orientem Cimmericarum gentium expeditiones historiae manifeste produunt: Primam Geticam, alteram Cimmericam. In his cum ex omni Aquilone innumera collecta fuerit multitudo Cimmericus tamen & Getis monarchiam defendentibus, & horum potentia & magnifica virtus Græcis innotescere ceperit, dicti sunt omnes generali nomine Cimnerii & Getæ, manseruntq; deinde ea nomina perpetuò apud Græcos. Sed cum sequens ætas in Baltheo Danos genuerit, qui priorum mensuram adæquare ceperunt & clariores quotidie evadere, novaq; inde orientem manus auxerit, Danica sic ibidem innotescente militia. Latini qui regnum post Græcos tenuerunt & diversas nationes lustrati vocabulorum memoriam conservare annitebantur. Hanc copiosissimam gentium multitudinem, nomine quod tunc celebrius erat, Dacos dixerunt, Daciamq; immensam ad Istrum regionem, ubi ab his populis quietum est. Ita Daci Romanis notiores fuerunt, & Plinius palam asserit Dacos esse Latinis, qui olim dicebantur Getæ, & Procopius magis fatetur Gothos & Dacos eosdem vocatos quos Græ-**

Cimbri strictius dicti.

Gothi.

Dani.

Cimbrorum expeditiones in Orientem.

Cur Cimmerici & Getæ Græcis notiores.

Daci & Dani cur Romanis notiores.

ci Cimmerios & Getas appellarunt. Dani verò Daci sunt.  
 In hunc etiam modum differit Cæl. Rhodigin. Lect. antiq.  
 lib. 18 cap. 23 dum inquit: Sciendum item Getas nunc Go-  
 thos ab eruditis credi, quorum aliqui Ostrogotha nuncupan-  
 tur, tanquam orientales, illorum vocabulis Gothos dixeris.  
 Sicuti Vestigotha dicti, qui occidentalium sese regionibus  
 infudere. Et paulò post: Qui verò à Romanis nuncu-  
 pantur Daci, & ab seipsis quoq; hosce Græcorum nonnulli  
 Getas dicunt. Sic capite sequenti: Getas autem sunt qui  
 ad Pontum constituent in solis exortum reclinatos. Daas  
 autem Dahas appellatos inuenio. Nec diversus est Guil-  
 helmus Lambardus Anglus in Archeonomia hæc habens:  
 Atq; hic (quoniam Jutarum facta est mentio) admonendi  
 sumus, librariorum incuriâ falso haberi in Latino codice  
 Vitas, præposito V pro Jutas. Nam liber Bedæ Saxonici  
 geatum vertit, id est Gothos quos Jutas & Jutones fuisse  
 antiquitus dictos Philippus Melanthon, & Matthæus West-  
 monasteriensis affirmarunt. Quamvis non me lateat no-  
 bilis Henricum Spelmannum hanc Lambardi correctio-  
 nem non admittere, dum in suo Archæologo sic differit:  
 Meo quidem iudicio, nulla hic librariorum incuria: Vitas  
 enim non semel apud Bedam legitur, sed passim & constan-  
 ter, nec est ideo credibile, quod in omnibus locis hallucina-  
 tum fuerit. Willichius etiam in suis ad Tacitum de Germ.  
 mor. commentariis, Vitas eosdem appellat & Jutos, Be-  
 dam insecutus minime suspectum. Lambardo autem in  
 animum forte non venit dici Vitas pro Witas, Witas uti-  
 que pro Gutas, &c. In eadem interim nobiscum est sen-  
 tentia, dum expressè eodem in loco, paulò ante, Gothos  
 & Jutas, qui aliis Cimbri, eandem gentem statuit, sic in-  
 quiens: Guti idem sunt qui Gotti, Gothi, & Goti: qui-  
 busdam Jutæ & Jutones. Romanis Getæ, Anglosaxonibus  
 geatum, à prisco Gothico vocabulo Get| quod gigantem si-  
 gnificat, Beda Vit, quasi Wita modo quo inferius dicitur.  
 Digna etiam lectu illa quæ sequuntur: Nollem hoc non an-  
 notare, tum ut majores nostros: fortissimo Gothorum sangui-  
 ne or-

Getæ sunt  
Gothi.

Daci sunt  
Getæ.

Gothos esse  
Jutas, Juto-  
nes & Vitas.

Vitas esse Ju-  
105.

Guti, Gotti,  
Gothi, Jutæ,  
Jutones, Ge-  
te, Vitas iudæ.

ne ortos: tum ut linguam nostram ad Gothorum (plurimumque perinde gentium) antiquitates enucleandas maxime conducere intelligant. Guts enim seu Jutas unus erant e tribus populis illis protogenis qui relictis in Germania (late sumpto vocabulo) sedibus, Angliam olim applicuere, sicut Beda refert: cuius interpretes Vetus Saxonicus pro Jutas Geatum id est Getas vertit: Inde illud in Ll. Edvardi confess: cap. 35. Titulo de his qui cohabitare debent in Britannia. Guts verò similiter cum veniunt suscipi debent & protegi in regno isto, sicut conjurati fratres, sicut propinqui, & proprii cives regni huius.

Angli e Jutis oriundi.

“ Guts fra-  
“ tres propin-  
“ qui e pro-  
“ prii cives  
Anglie.

Lubet audire hac de re discursum Philippi Melanthonis, in explicatione vocabulorum Regionum & Gentium ad Germaniam Taciti. Gothini inquit, Gotones, partes sunt Gothicae gentis, quae late complevit littus Balthici maris, & utramque ripam Vistulae. Et paulo post: Collocat autem multas gentes ad Carpathum, & in utraque ripa Vistulae, videlicet quandam Suevorum partem, & Lygios, deinde Gothicas gentes. Harum sedes non satis discerni posse arbitror, propterea quod passim vagabantur, illud tantum meminerint studiosi, circumfusas fuisse Gothicas gentes Vistulae, & incoluisse utramque Vistulae ripam, quae nunc habet Poloniae nomen. Inde progressae versus orientem accesserant propius Thraciam, ubi Getae vocantur. Nec enim dubium est Getas esse Gothos, seu à Gothis oriundos. Audio in Chersoneso Taurica hoc nostro tempore restare Gothorum reliquias, qui se Gothos appellant, & loquuntur germanica lingua. Itaque cum Getae seu Gotthi Thracum vicini essent non mirum est Graecis notos fuisse. Herodotus & Thucydides testantur eorum sedes inter Istrum & Thraciam fuisse. Quare Strabo Alexandrum etiam venisse in Geticam regionem scribit. Proximi Getis versus Ungariam fuere Daci, qui nunc Valachi dicuntur. Fuerunt supra Euxinum Pontum vicini Getis & Cimmerii. Ut autem olim in illa ora Septentrionis illae tres gentes habitarent, ita existimo vagatas esse toto Balthico littore, & earum reliquias

etiamnum esse eas gentes quæ tenent Cimbricam Chersonesum, videlicet Cimbroſ, Danos, Gotthos. Et aſſentior Cunnrado Celti, qui Gedanum quod nunc vocant Dantiſcum, inquit à Getis ſeu Gothiſ dictum eſſe, & Codanum ſimilem, quaſi Gotthinum à Gotthinis. Nam & Graeci à Getis, gentile nomen fecerunt γετυοι.

Hujus fermè ſententiæ eſt doctiſſimus Salmaſius commentario de Lingua Helleniſtica cap. II. p. 369. ubi inter reliqua ſic diſſerit: Hoc nomen Συύθης variè à Graecis enunciatum eſt, & multas μεταπλώσεις incurrit. Nam Συύθης Γέτης & Γολθός idem eſt. Item Δᾶοι, Δᾶαι, Δάσαι, Δάνοι & poſtremo Dani. Sic Σίντιες, Σίντοι, Σίνδοι, & Σάιοι idem populi per Μετάπλωσιν, ut autor eſt Strabo. Antiqui & primi Hellines, cum adhuc vicinas Thracia Macedoniam & Theſſaliam tenerent, populos Thracia ſibi ex vicinitate notiores, qui Juti vel Guti ipſorum lingua vocabantur, (nam & Juthungorum nomen inde compoſitum) præpoſito Σ, qui mos eſt Æolium in plerique vocabulis appellarunt Συύθας ut Συύθας, quod nomen poſtea generaliter hæſit omnibus Septentrionalibus gentibus apud Graecos, quamvis habitu & lingua, moribusque diſſerrent, ſed & ſitu. Lege reliqua quibus prolixè hoc oſtendit aliquot paginis.

Non me fugit eſſe magni nominis viros, qui contendunt Getas diverſos eſſe à Gothiſ & Guthiſ, Cimbroſ diverſos à Cimmeriis, Danos à Daciſ & Dahiſ, &c. Pro quo etiam acriter & eruditè pugnat vir clariſſimus Joh. Iſaacius Pontanns in Chorographica Daniæ deſcriptione. Sed nobis hoc in loco non tam de re ipſa, quam vocibus & appellationibus ſermo eſt. Sufficit nos oſtendiſſe, à probæ notæ autoribus, omnes has voces promiſcuè ſumptas, iisque gentem noſtram indicatam, quæ literiſ iſtiſ uſa eſt, quas Runas vocare ſolemus, quæ & hac de cauſa Gothiæ & Getiæ dictæ ſunt aliis. Sed de hiſ hæctenus.

Liquet igitur quibus de cauſiſ literæ, quas noſ Runicas vocamus, Gothiæ, Daniæ & Cimbricæ ab exteris appellantur.

Non

Non prætereundum easdem hæc literas à Roderico Toletano lib. 6. Rer. Hisp. cap. 30. Toletanas vocari, sic enim ille ibidem: *Concilio Toletano Anno MCXVI. patres cum Bernhardo Toletano Primate, multa de officiis Ecclesie statuerunt; sed & illud, uti deinceps scriptores omnes omisso charactere Toletano, quem Gulphilas Gothorum Episcopus invenerat, Gallicis literis uterentur.* Cum v. Gulphilæ nullæ aliæ attribuuntur literæ, quam hæ ipsæ quas nos Runicas vocamus, per Toletanas, easdem intelligere Rodericum liquido patet. Gesnerus in Mithridate ex Aventino lib. 1. Annal. refert, post FRIDERICI II imperatoris fata demum Germaniam suum sermorem literis latinis depingere didicisse; unde colligit prius vel Græcas vel Gothicas literas (quod probabilius) in usu Germanis fuisse. Quod si res ita se habeat, Germanicæ forsitan etiam vocari possunt. Jam an omnes ejusdem fuerint generis dispiciendum videtur.

*Literæ Toletana.*

*Literæ Germanicæ.*

## CAPUT QUINTUM.

### *Quot literarum Runicarum extiterint genera.*

**P**Risca elementa Danica quæ Runica vocantur, diligentius perlustrans, eorum duo primaria inveniet genera; unum eorum quibus ad animi sensa exprimenda, res gestas consignandas, Heroum fortia facta depredicanda, aliaq; necessaria indicanda utebantur Runæ, atq; hoc in genere Literati.

*Runicarum literarum duo genera.*

*Prioris usus.*

Cujus census elementa literaria, simpliciter RNNIR *Runer*, ut supra ostensum, vocabant. Cujus singularis inusitatus *Run*, in compositis aliquot mulierum nominibus occurrit, ut *Gud-Run*, *Sol-Run*, *Of-Run*, *Sig-Run*. Horum Nomina, potestates, figuras, varietates, ordinem, aliasq; à majoribus nobis relictas proprietates heic (quantum in tantis licet tenebris) investigare, & gratæ posteritati excolendas tradere decrevimus. Sunt autem ea ipsa quæ exteris

*Runer.*

Gothica litera.  
va.

teris Geticarum & Gothicarum literarum nomine innotuerunt, eo quod Dani extra patriam hoc titulo Romanis aliisque fuerunt formidabiles, toti que orbi innumeris trophæis notissimi, ut pluribus supra à nobis ostensum.

De his Runis agit *Harvamaal hin gamle*, cum ait: *ƿǫǫǫ ƿǫǫ ǫǫǫǫ ƿǫǫ ƿǫǫǫ ƿǫǫǫ ǫǫ*, *ǫǫ ǫǫ ǫǫǫǫ ƿǫǫǫǫ ƿǫǫǫ ǫǫǫǫ ǫǫ*. Id est, cum bono viro conversationem habebis & colloquia, ac sapientiam ab eo acquires dum vivis. Hic *Runum*, pro amico colloquio & conversatione etiam sumitur.

Runarum  
differentia.

Cum vero Saxa hisce exornando non eundem semper tenorem observaverint artifices; sed modo à sinistris in dextram, modo à dextris in sinistram Hebræorum ritu; modo à basi lapidis in apicem & vice versa sulcos literarum duxerint: inventi sunt qui hoc respectu peculiariter iis indiderint nomina, de quibus heic differere minus necessarium arbitror.

Danica lingua  
Runamali  
dicta.

Hoc ne utiquam prætereundum videtur, quod ab hisce Runis lingua Danica antiquitus *Runmaali*, appellata fuerit, ut ex non uno loco Eddæ & Scaldæ M. S. S. ex Islandia ad nos delatorum, ad oculum demonstrari potest.

Runarum alterum  
genus.

Alterum genus quibusdam magicis incantationibus cum primis deditis, familiare extitit. Quod ob infamem usum, ut jam abolitum; ita tum minus frequentatum. Hisce enim Runis, præstigiis Diabolicis miserrimè inescati, in aliorum perniciem plerumque abutebantur Magi, & incantamentis celebres. Tantam namque earum vim & efficaciam esse sibi persvadebant miseri, ut iis hostes necare, urfos ac feras ligare, ventos & grandines concitare, imbres cingere, homines dementare, aliaque incredibilia perpetrare valerent, non secus ac anus illa apud Maronem, quæ

Ejus usus.

*Carminibus cælo poterat deducere Lunam.*

Hisce Otthinus ille qui in Deorum demum ab Aquilonaribus relatus est numerum, & à quo dies septimanæ tertius est denominatus, Rindam puellam mentis ac ratio-

nis

nis usu privavit. Quod ita persequitur Saxo noster lib. 3: *Quam cortice carminibus adnotato contingens lymphanti similem reddidit, receptam toties injuriam modesto ultionis genere insecutus.* Hisce *Guth-Runa* (de qua idem lib. 8.) *effecit ut regia partis propugnatores subito oculis capti in se ipsos arma converterent.* Hisce *Hartgrepa*, ligno incisus & lingua demortui jam hominis suppositis, eum loqui fecit *diraque carmina effari.* De quo vide ejusdem auctoris librum primum. Hisce pollebat illa *augurii perita femina*, *cujus* (verba Saxonis septimi libri refero) *carminum tanta vis erat ut rem quantalibet nodorum consertione perplexam, e longinquo soli sibi conspicuam, ad contactum evocare posse videretur.*

*Othini Runa.*

*Guth Runa Runa.*

*Hartgrepa Runa.*

De hisce Runis tractatus extat in Edda antiquissima Semundi, sub titulo *Runa capitula*, in quo octodecim enumerantur genera Runarum Magicarum, quarum mirandi quoque recensentur effectus. Inter reliqua hisce commendantur ibidem: *RNNN YNNIN PIRRA AY RAR- MA HAAPI YIAP HARRA HAAPI, YIAP HAIK- MA HAAPI IR PARI PIYBNNNN, AY PIAR- EN PRIIRIPIK AY RIINT \*RABANL RHYMA.* Hoc est: Runas invenies & resolutas literas, prægrandes literas, prævalidas literas, quas ornavit Fimbulthulur & formarunt Deastri, Odinus autem incidit. Mira vero sunt qua sequuntur vires & efficaciam concernentia. Nec ea hic inserere instituti permittit ratio.

*Edda Semundi.*

Hosce autem Characteres *RAMRUNER* seu Runas amaras & acerbis vocarunt, eo quod molestias, dolores, morbos aliaque perniciosas hisce infligere inimicis soliti sint Magi. Sunt qui Runas fortes interpretentur, *Ram* enim & *Rammur* fortem antiquitus denotabat, (unde pedes urorum *Kammer* etiamnum vocantur, eo quod maximum eorum robur in iis consistat) sic itaque dictas voluit has notas, quod earum fortis & efficax valde conspiciebatur in objectis impressio. Sed fulgore lucis Evangelicæ tantæ tenebræ discussæ cum sint, Deo agendæ gratiæ, qui

*Ramruner quare sic dicta.*

*Ram quid.*

E

halce



hasce Runas ita abolevit, ut vix ullibi earum jam extent vestigia.

Ramruner an  
figuris a cō-  
munibus fue-  
rint distinctæ

Marcomanni  
& Norman-  
ni iidem.

Eo enim jam deventum, ut an iisdem quibus communiter animi lensa exprimebant, adhibitis saltim peculiaribus incantationibus: an verò diversis notis tam mira præstiterint, disputetur. Vulgares Runas in hunc usum translatas fuisse existimat autor vetustissimæ membranæ à Wulfg. Lazio lib. 9. de Migrat. gentium productæ, qui inter reliqua sic inquit: *Literas quibus usi sunt Marcomanni, quos nos Normannos vocamus infra scriptas addidi, cum quibus carmina sua incantationesq; ac divinationes significare procurant, qui adhuc pagano ritui involvuntur.* Literarum autem eosdem fere producit ductus, quibus communia & vulgata constant Alphabetæ Runica, nisi quod ob membranæ (ut arbitror) vetustatem, omnes accurate ac probe non sit affecutus. Vide caput sequens hujus libri.

Sic constat posteriores Ægypti sacerdotes & mystas, literis hieroglyphicis quibus alioquin res Theologicas sacras & Astronomicas compræhendebant, improbe & calide abusos ad magicas etiam incantationes, ut tradit Rufinus lib. 2. hist. Eccles. cap. 26: *Jam inquit, Canopi quis enumeret superstiosa flagitia? ubi prætextu sacerdotium literarum, (ita enim appellant antiquas Ægyptiorum literas,) magicæ artis erant pene publica Schemata.*

Ram-Runas  
figura diver-  
sas esse à vul-  
gatis.

De Ramrunis  
Arngrimi Jo-  
næ sententia.

E contra pervenere ad manus meas Notæ quædam, quæ titulum *Ram-Runarum* præ se ferebant, ab his planè diversæ, quas cum in privatum usum ab aliquo excogitatas rear, nec vetustatem sapere, aut cum omnibus Runis affinitatem aliquam habere videam, indignas judico, quæ heic locum obtineant, in primis ne ulla superstitioni detur occasio. Mihi judicium clarissimi & in antiquitatibus nostris versatissimi viri Dni. Arngrimi Jonæ Islandi, de Ram-Runis expetenti tale obtigit responsum. *Existimo verisimile esse magos illos literatura aliqua usos, & quidem Vulgari majori ex parte, sed virgulis & punctis suo Marte excogitatis corrupta: cui literatura sic corrupta Sathana persuasit,*

suasus, vim & efficaciam maximam inesse crediderint, & ipso agente, ac illudente experti sint: Runicas sua origine literas, nihil habere magicum, cuius facile persuaderi poterit. Pro confesso enim sumimus, nullam omnino Characteribus ullis naturaliter inesse potentiam, sed tantum propter societatem à Magis cum Diabolo initam. Aqua aliam & immunes non habentur, vulgo Characteres excogitati, sive Runci sive alii, sed depravatissimi & deformatissimi. Qui idcirco amplius non sunt Runci, sed Magici & Diabolici, & nullis nisi ejusdem artis consciis noti. Sic ad palliandum veneficium, carminibus vel Rythmis alii usi sunt, & quidem lingua vulgari & vernaculâ, quibus vim omnem adscribere norunt, etiam ad benefaciendum, juvandum, medicandum, tam animi quam corporis morbis; atq; ad ipsos Cacodæmones pellendos & fugandos.

Alii ad similes artes verbum & sanctissimum Dei nomen; lingua præsertim peregrinâ, nec sibi nec aliis intellectâ assumunt, sed omnibus istis, ut & ipsis Ram-Runis idem fucus subest. Hæc Arngrimus.

Ego (quantum ex historia Sigurdi Fofnisbane colligere potui) animadvertisse me existimo, RamRunas iisdem plane virgulis paratas fuisse, quibus vulgares: sed conceptis quibusdam verborum formulis, certis adhibitis ritibus, in designata subjecta, exarata fuisse. De literis namq; victoriosis HIFRNMAH dictis, quibus victoriam impetrare se posse confidebant ita differit: HIFRNMAH HYATAN YNMA, IP FN NIM HAAHMA NIRA RINA A \*IATIF \*IFRI, A NITANNY AP A NARBNA HARNY AP KAPMA ANIHMA TH. 5: Runas victoriosas calleas oportet prudens ut sis: Hasce capulo gladii incide, hisce chyrotecas exorna, Tubis inscribe, & bis invoca nomen Tyri. Recenset ibidem septem Runarum genera ejusdem census, viresq; & utendi modos annectit; nobis suffecerit titulos annotasse. 1. HIFRNMAH victoriosæ; de quib; jam dictum. 2. BRNIRNMAH fontanæ. 3. YATRNMAH sermonum. 4. ANIRNMAH ce-

revisiarias. 5. ΒΙΛΡΥΡΗΛΛΑ Auxiliatrices. 6. ΜΥΡΗΛΛΑ Arboreæ. 7. \*ΗΡΥΡΗΛΛΑ Cordiales.

De Ram-Runis non prorsus dissentire videtur doctissimus vir M. Brynolphus Suenonius Scaltholtenensis Episcopus in suis in Saxonem conjectaneis, dum ita differit: *Antiquiores illæ gentium Normannicarum propria literæ (Runas intelligit) credita sunt omnes (multiplices namq; fuerunt) δύναμην quandam possidere, non modo σημανλικήν τῆς Φωνῆς, ut loquitur Aristoteles, verum ἐνέργειαν etiam τῶν διανοημένων ἐπιθυμηθέντων ἀποτελεσματικὴν. Ideo singulos characteres, singulis Deastris aut Dæmoniis adscripserunt, velut ἐν Θεραπείας μοίρᾳ. Ac ut quemcunq; effectum à quovis Dæmone procurari crediderunt, ita certum characterem certæ materiæ suo ἑῷ legitimo modo, loco, tempore, instrumento, additis propriis carminibus, nonnunquam ἑῷ sacrificiis, incidendum iudicarunt.*

Ramrunæ de-  
restandæ.

Ut igitur malignæ hæ Runæ detestandæ & fugiendæ: ita priores suo loco ut restituantur, vel saltem ab interitu vindicentur, allaborandum. Juvat enim ingeniosa majorum nostrorum admirari inventa, ingeniiq; dexteritatem deprædicare, quibus vel cum Græcis & Romanis certare potuissent, modo suorum facinorum pares nacti fuissent ebuccinatores. Gentes etenim Aquilonarem huncce mundum incolentes, nequaquam ἄλογα ζῶα fuisse, vel hinc colligere licet, earumq; simul deprædicare magnanimitatem, quod suis potius gaudere inventis quam alieni ingenii servi esse voluerint. Quodsi quandoq; imitarentur posterius, & virtutis Danicæ plura ubivis extarent trophæa, & hujus ævi asperitates superarent feliciter.

In defensione Historiæ Britannicæ à Johanne Prisco Londini anno 1572 edita, pag. 121 citantur carmina antiqua Brittanica Bardi Thaliessini, in quibus Runi fit mentio, hoc pacto:

*Ny borhad na gwedd ar vaelgwm gwynedd,  
Or wy na ddialer ar Ru y etyredd.*

Quod ita reddidit Priscus:

In

*Infustus, gratus nulli, Malgo venedotus*  
*Sit, modo ne Runus filius ista luat.*

Cæterum hac voce Rᚱᚱᚱᚱ adeò delectati sunt veteres, ut propria multorum nomina inde deduxerint; ut apparet in Guth-Runa, de qua supra: Sic aliam ejusdem nominis proponit Arngrimus l. 2. Crymog. geneal. 8. quæ vixit tempore Olai Trygonis. Item Guth-Runus, cujus mentio fit à Guilhelmo Lambardo in *Ἀρχαιονομία* Anglicana, ubi hæc habet: *Aluredus Rex ubi cum Guth-Runo fœdus inierat, &c.* Titulus præterea fœderis ab eodem propositus ita habet: *Fœdus quod Aluredus & Guthrunus Reges ex sapientum Anglorum, atq; eorum omnium, qui orientalem incolebant Angliam consulto ferierunt.* Johannes Pikus Anglus qui tempore Henrici primi floruit, hunc illum esse Guthrunum affirmat, qui cum triginta proceribus & omni penè populo baptizatus, in filium ab Aluredo susceptus est, imposito sibi nomine Edelstano. Filiarum Asprandi XVIII. Longobardorum in Italia Regis ex Theoderata uxore quædam dicta fuit *Auruna* teste Onuphrio Panuino Rom. Prin. lib. 1. p. 107. *Frederuna* dicta uxor Arduini de la Scala. Vide Hieron. Henning. in Genealogiis circuli Saxoni p. 2.

Reperitur etiam *Solrun, Sigrun, Ofrun, &c.* quæ mulierum sunt propria. Virorum item, ut *Runulfur* ex duabus integris Run & ulfur quod Lupum denotat, conflatum, sic *Rungeir* pro quo quidam Rutger pronunciant, à Runa & geir gladius. Cæterum Guthrunus ille Ethelstanus dictus, is esse videtur, qui in antiquitatibus nostris Adalsteinus vocatur, qui filium Haraldi Pultricomi Norvegiæ Regis in regia sua educari curavit: Unde Hakvinus illæ Norvegiæ Rex postmodum Hakon Adelsteins *Søstre* dictus est, quasi ab Adelsteino nutritus.

Mihi documenta hinc inde versanti, cum Runicarum literarum varietas scrupulos iniecisset haud exiguos, virum, quo in Septentrione in his magis versatum novi neminem, clarissimum inquam Arngrimum Jonam Islandum, per

A voce Runer  
 propria quæ-  
 dam deducta.

Guth - Runa.

Guth Runus.

Guth-Runus  
 Edelsteinus  
 dictus.

literas consului quidq; ipse hac de re in suis reperisset Arch  
vis, diligentius exquisivi. Qui pro innato Rempubliam  
literariam juvandi ardore, hæc candide comūnicare haud  
dubitavit. In Runis, inquit, tantam inesse varietatem pu-  
to ejus rei studiosis deprehensum iri, ut certa genera vix  
constitui possint. Ut enim quisq; ingenii aliqua sagacita-  
te præstare sibi visus est, ita literas illas, primum satis sim-  
plices, mutare, transformare, obscurare, liberum sibi esse  
voluit: credo ubicunq; hæc literatura Runica in usu ali-  
quo fuerit. Sic in Islandia noto nomine olim vocabatur  
*Þorrodur Runameistari*, Runarum magister, cui Antiqui-  
tatum fragmenta hic aliam conjungunt, illis *Are hin Froe-*  
*de* q. d. Doctor Are, cum *Froedur* doctus, literarum vel hi-  
storiarum peritus exponatur. Iste *Þorrodur Runameistari*,  
viginti quatuor aut plura etiam (si jam talis accusatius plu-  
ralis mihi indulgeatur) Alphabeta Runica excogitasse (aut  
potius ab aliis accepta usurpasse) commemoratur, ex qui-  
bus hæc nominatenus innotuerunt.

|                                                             |                 |               |                    |               |
|-------------------------------------------------------------|-----------------|---------------|--------------------|---------------|
| Alphabeta<br>Runica ge-<br>nerum vi-<br>ginti qua-<br>tuor. | 1. <i>Sel</i>   | <i>Runer.</i> | 10. <i>Belg</i>    | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 2. <i>Kuist</i> | <i>Runer.</i> | 11. <i>Bungn</i>   | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 3. <i>Kistu</i> | <i>Runer.</i> | 12. <i>Helm</i>    | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 4. <i>Fisk</i>  | <i>Runer.</i> | 13. <i>Fernske</i> | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 5. <i>Spial</i> | <i>Runer.</i> | 14. <i>Hauck</i>   | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 6. <i>Lyn</i>   | <i>Runer.</i> | 15. <i>Vang</i>    | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 7. <i>Hals</i>  | <i>Runer.</i> | 16. <i>Vanda</i>   | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 8. <i>Haug</i>  | <i>Runer.</i> | 17. <i>Jubera</i>  | <i>Runer.</i> |
|                                                             | 9. <i>Knapp</i> | <i>Runer.</i> | 18. <i>Brim</i>    | <i>Runer.</i> |

*Runæ à pro-*  
*vinciū no-*  
*minata.* Et harum aliæ ab aliis rebus nomen sortitæ aliæ  
vero à gente vel terra, ut:

1. *Grænlandskar Runir* à Grónlandia.
2. *Uplandskar Runir* ab Oplandia provinciola Nor-  
vegix.
3. *Griskar Runir* à Græcis, ubi nil nisi literas, vel Al-  
phabeterum Græcorum intelligo.
4. *Ira letur* id est Irlandorum literæ, hoc est *Runer*, ut  
vel inde constet *Runer & letur*, (à litera) idem esse.

5. *Haug-*

5 *Haugbua letur*, literæ monticularum vel hypogæorum. Nam *Haugur* dictus est tumulus, vel bustum mortuis excitatum, etiam naturâ factum tumulum notat. Est præterea.

6 *Kierlinga letur*.

7 *Stafkarla letur* & peculiare sibi vendicant characteres, ut in aliis, semper alias major, minor alias perhibetur differentia.

Quædam præterea Runæ non expresso Runarum nomine circumferuntur, ut

1 *Helmur*, aliis *Hemlur*.

2 *Midhelmur*, *Midhemlur*, id supra *Helm-Runer*.

3 *Vyxlur*.

4 *Vestlur*.

5 *Slitlur*.

6 *Jotun villur*.

7 *Jotun villur meri*.

Postremum locum obtinet Alphabetum *Svartra Runa stafróff*: id est Svartrunarum Alphabetum, quod vel ipso nomine Necromantiæ olet, den sorte *Konst*.

Ex eo autem quod *Griskar-Runer* suarum inventionum quasdam appellent, videre est Runistas, (ut sic abutentes vocitem) ad suæ scientiæ ostentamen & admirationem conciliandam, etiam peregrinam adscivisse literaturam, cujus forsan fumo aut fuligine aliqua tincti fuerint.

Notandum porro, quod inter superiores Runarum enumeratas species, desiderentur genuinæ Runæ, *Malruner* dictæ, eæq; simplicissimæ. Quare totus ille Catalogus Runas fere deceptrices vel fraudulentas continet alias *Villa-letur*, *Villu-Runer*. *Villa* id est error. Decipere, vel in errorem inducere, ad *villa*. Quædam etiam species enumeratæ, nimis sunt generales, & possunt omnibus competere, quarum appellationum nostra nihil interest, nec exempla proferri commode possunt. Ego hic saltem ex infinito & insano illo varietatis Oceano rivulum quendam sequentibus thesibus diducam.

- Runarū in " 1. Runæ distribui posse videntur in scriptas & non  
certas classes "  
distributio. "  
MalRunæ. " 2. Scriptæ sunt *Malrunæ* aut *Dumbrunæ*. Hæ mu-  
tæ (instar mutarum consonantium,) illæ vocales vel lo-  
quentes exponi possunt.
- " 3. *Malrunæ* à sermone vel verbis, sed scriptis, pictis,  
aut sculptis nomen sortitæ sunt. *Maal* loqvela: Sic Sa-  
ne usus vocem restrinxit, cum etiam *Klaprunis* sermo ex-  
pediatur.
- " 4. *Malrunæ* sunt simplices vel compositæ.
- Simplices. " 5. Simples *Malrunæ* sunt, quibus invariatis, licet  
pro suæ regionis vel gentis consuetudine, quicq; usi sunt.  
Cujusmodi est Alphabetum Fastorum pro Dania: Nor-  
vagicum vel Islandicum in Crymogæa, sic Oplandicum,  
(si cum Islandico non est idem) sic Grölandicum ut su-  
pra.
- Compositæ. " 6. *Malrunæ* compositæ sunt, quæ ex simpliciorib⁹  
istis concinnantur, quacunq; demum intricatione excogi-  
tata, quæ propter obscuritatem uno nomine generali  
(quamvis speciei id nomen fuit in catalogo) dicuntur *Ves-*  
*jur* à verbo *eg vesff*, id est texo ducta Metaphora. Nam ut  
Textores fila filis, staminibus subtegmina intexunt, inne-  
tunt & intricant, ita Runæ compositæ aliarum simplici-  
um involutione, lecturam, lectorem & sensum intricant,  
& irretitum tenent, ut non aliter quam cæcus de colore,  
plurimi de his judicare possint. Et nescio an quid simile  
in Græcorum, vel Græcæ lingvæ abbreviationibus videre  
licet. Has *Vesjur* appellari diximus, alias *Slitvur* vocan-  
tur (licet & hoc speciei superiore catalogo tributum repe-  
ritur) quasi fragmenta vel particulæ, à verbo, ad *Slita*  
rumpere, frangere. Nam plurium literarum particulæ ceu  
fragmenta in unius literæ figuram coalescunt.
- " 7. Compositarum *Malrunarum* aliæ sunt faciliores,  
aliæ difficiliore.
- Faciliores. " 8. Faciliores, quando Vocales tantum occultantur  
nec unquam suis notis exprimuntur, sed per crus aliquod  
con-

consonantium ductis transversim lineis, pro numero & ordine cujuslibet vocalis eas designant, quod idem per totidem puncta efficiunt. His consonantibus suo loco intertextis, putant ejus rei non conscii aliquid magni subesse cum res frivola sit.

9. Difficiliores vel intricatissimæ *Malrunæ* sunt, quæ infinita varietate, adeoq; in primis consonantium, ex simplicioribus illis contexuntur. Quarum consonantium crura & ventres lineis (cei lanceolis) nunc tangentibus, nunc secantibus, dilaniantur. Harum usum quia pauci aut certe nulli, quod sciam nostratum tenent, nominibus solis hæcenus contentus esse cogor, ut supra.

10. *Klaprunæ* sunt Runæ quibus non scribendo, sed quidvis obvium & huic deputatum usui, manib<sup>9</sup> aut quovis manu retento instrumento, leniter feriendo, animi sensa præsentis & artis conscio exponuntur, à verbo, at *flapper banckè paa* / non secus ac veteres Chaldæi digitis micando Numeros locuti perhibentur.

11. In hunc usum certa loca vel abacos disponere solent, dextros, sinistros, superiores, inferiores, alios pro vocalibus, alios pro consonantibus, in quibus numero pulsum, literas colligunt, & in dictiones cogunt.

Quia v. sic non Runicis tantum sed latinis & aliis literis loqui quis poterit: & verò de scriptura & characteribus Runicis hic potissimum agatur, Ego *Klaprunas* sic obiter tactas, missas facio.

12. *Dumbrunæ* à vocalium frequentiori ellypsi dictæ, constant ex solis fermè consonantibus, nulla expressa vocali (nisi ubi per se Syllabam efficit) quæ tamen vocalis ex potestate (non autem nomine vel appellatione) consonantis (sive ex mutarum numero illa sit, sive semivocalium) intelligi & exprimi debet ut syllaba efficiatur. Quibus conscriptum videtur monumentum Leragriense cap. 10 propositum.

Hæc clarissimus Arngrimus, quibus rem totam brevibus & nervosis perstringit, quam nos in sequentibus, or-



dine tamen alio, quantum in hac caligine licet, pluribus enucleabimus. Vide Glossarium nostrum in voce *Runer*, ubi plura hujus generis invenies consideratione digna.

M. Brynolphi  
de Runis sen-  
tentia.

Lubet his addere quæ vir doctissimus Dn<sup>o</sup>. M. Brynolphus Suenonius, Australis Islandiæ Episcopus meritissimus, ad me de Literarum Runicarum varietate perscripsit Anno MDCXLVIII, his verbis: *Ne penitus in illo ad-jicialis cæna apparatus ἀσὺμβολῶν & convivæ sedeam, quod à Jona Bernhartio quodam sene, jam vero ad plures diver-tente traditione accepi lubens tibi communicabo, fides sit pe-nes autorem. Aiebat ille majores ante Waldemari instau-rationem Runis usos, in hac quidem Insula & fortassis ali-bi, duplicibus. Aliis exotericis quibus invicem animi sen-sa communicarunt, quæ quoniam in fago incidi vulgo solent, ante membranarum usum Bok-Runer dicerentur. Aliis mysticis, quibus artificio magico, quod vellent, effectum darent. Has mysticas Runas dicebat artificiosa compendia esse carminum integrorum, fere quomodo notas τῶν ταχυ-γραφέων Romanorum, quas aliter Siglas appellant. Inte-gra denotare verba volunt Antiquarum, esseq; mysticos il-los characteres nihil aliud assererat, quam Bok-Runarum artificiosum contextum, qui nisi à peritissimis resolvi non possit. Bok-Runas autem, ut simpliciores ita antiquiores, materiam præstare mysticis, probabiliter satis aiebat. Illas à principio nec tot nec omnes eadem qua nunc Alphabetaria schemata præferunt, forma extitisse dixit, nec serie collo-catas eadem. Vulgarium ordinem numerumq; à Volde-marro ad formulam Alphabeti Romani institutum esse aie-bat. Priscos nostros cum Romanis nihil rei habuisse, solis duodenis principalibus veluti familiis Normannos quondam acquievisse, omnemq; sonum absoluisse & adumbrasse, quarum hæc esset formularum ratio:*

|    |    |    |   |   |   |    |    |   |   |   |   |   |   |
|----|----|----|---|---|---|----|----|---|---|---|---|---|---|
| AO | VY | IE | P | B | F | TD | TH | S | H | L | M | N | R |
| ΛΑ | ΠΗ | Α  | Π | Β | Φ | Α  | Ϟ  | Α | Β | Υ | Ϟ | Ϟ | Κ |

Porro confixas & inflatas, hoc est ἐσιγμένας & δασίας, novas characterum species constituere negabat, verum ad  
suas

*suas tenues utrasq; tanquam ad fontes referebat. Atq; hanc suam rationem πατροπαράδολον me sequi iussit. Hæc ille.* Figuræ quas proponit, consentaneæ sunt iis quibus hic in Dania usi sunt, exceptis quibus literas P. B. F. exprimit, quæ plane discrepant.

## CAPUT SEXTUM.

*Figuræ literarum Danicarum hætenus divulgatæ exhibentur.*

**F**undamentum totius nostri negotii proposituri, omnem varietatem literarum Danicarum certis cancellis inclusam, uno obtutu exhibere libuit. Ita quidem ut ea quæ vel publicè editis fide dignorum scriptis, nostratibus attribuuntur; vel amicorum communicationi, & variis manuscriptorum accepta sunt ferenda: vel deniq; nostrâ operâ ex variis & præcipuis in Daniâ & Norvegiâ iisque; subjectis territoriis extantibus monumentis & Epitaphiis collecta & in ordinem vulgatum redacta sunt, non negligantur. Idq; eo fine, ne quispiam fidem nostrâ in dubium vocare, aut ficta nullisque; certis innixa fundaminibus nos produxisse arbirretur.

Nequaquam verò dissimulandum idiomatis ejusdem possessionem literaturam eandem postulare, sibiq; à priscis temporibus suo quodam jure vindicare. Unde non mirum, hisce quas jam exhibituri sumus, haud multum dissimiles apud Johannem & Olausum Magnum, aliosq; Svecos reperiri, imprimis verò in tabella à Joanne Bureo, viro de literaturâ patriâ optimè merito, ante annos aliquot edito. Sed ne iis tanquam alienis plumis nostra exornasse videamur, seponenda duxi, eaq; solum proponenda quæ verè Danica sunt, quæq; ab autoribus fide dignis, Danis, Cimbris, Guthisque; nostris attribuuntur.

In quo proposito ut pergamus, primo à nobis heic delineato laterculo, præcipuas saltem exhibemus literarum Danicarum figuras, quæ à viris celeberrimis, publicè editis voluminibus, orbi literato sunt exhibitæ.

*Ex quibus figuræ literarum Runicarum depromptæ.*

*Sueci easdem ferme nobiscum habent Runas.*

*De quibus hic agatur Runis.*

Quæ ne curioso lectori, ullum faceffant negotium, auctores ipsos qui insignem nobis in hoc genere navarunt operam (quod in reliquis posthac faciemus) cum debitâ honoris præfatione recensēbimus.

*Haraldus  
Huitfeldius.*

Primas itaq; iis tribuimus, quas Nobilissimus & de patria optimè meritis, historiarum & antiquitatum Danicarum autor solertissimus HARALDUS HUITFELDIUS Regni Daniæ quondam Cancellarius meritissimus, suo Regum Daniæ Historiarum Tomo primo præfixit: quas eum ex archivis Regni (cum nihil in ejus operibus extet, quod non luculentâ Diplomatum ac documentorum luce radiet) deprompsisse mihi persvaserim.

*Bonaventura  
Vulcanius.*

Huic succedit Bonaventura Vulcanius, Græcæ lingvæ in Academiâ Lugdunensi in Batavis quondam Professor celeberrimus: qui eruditissimo suo de literis & lingvâ Gothorum commentariolo, inter reliqua, bina ista quæ è cæterorum coetu elegimus, proposuit Alphabeta. Quamvis autem eodem in loco plures hujus generis exhibeat notas, attamen reliquis relictis, has potissimum huc traduximus, tum quod Danorum propriæ, tum quod à Danis ad Vulcanium defluerint. Priores namq; à Nobilissimo Joanne Bilde, tum temporis Gothlandiæ (insulæ Daniæ fertilissimæ) præfecto Regio Anno MDLVI. clarissimum virum Daniele Rogerium accepisse refert: qui eas demum Dn. Philippo Marnixio, S. Aldegondi domino communicavit. A quo ad Vulcanium nostrum devenerant. Posteriores quoq; jure meritò Daniæ censentur, utpote quas idem Daniel Rogerius à Cancellario Danico (Dn. Haraldo Huitfeldio, ni fallor) accepit, unâ cum inscriptione Tiraquelensi seu Trygveldensi, Anno MDLXXXIIX. De quibus, si placet, ipsum consule Vulcanium.

*Petrus Linde-  
bergius.*

Hiscæ accedit illud Alphabetum, quod Petrus Lindebergius Poëta laureatus & clarus, in suo rerum memorabilium commentario è Bibliothecâ Rantzovianâ edidit. Quod cum fundamentum suum omnesq; penè ductus ex monumento Jellingensi, quod unâ depingit, habeat, pro-  
ge-

genuino Danico meritò habetur. Quin ne dubites, ab hoc Lindebergio has ipsas literarum notas depromit Joannes Bureus Suecus, ac Danis ascribit.

Subjungitur Arngrimus Jonas Islandus, qui ex Cippis & monumentis ibidem conspicuis ut & membranis verustissimis, quas proponit, collegit literarum figuras. Has v. Islandicas, non verò Danicas esse si quis regesserit, ei verba ipsius Arngrimi capite tertio Crymogeæ proposita, oppono, ubi inter reliqua sic differit: *Has literas non ad Norvegiam astringo aut Islandiam: sed ad linguam quæ nunc Norvagica, nunc Danica dicta est: seu ipsam antiquam Gothicam, quæ etiam id temporis usum credo totum orbem Arctorum & populos vicinos: itemq; Angliam, Scotiam, Irlandiam: Nam de Anglia diserte scriptum habemus, eam lingua Norvegia ad Vilhelmi Nothi tempora usum. Et paulò post: Caterum quamvis hæc lingua olim tot populis una & communis fuerit: à nostris tamen Danici nominis semper studiosis ουωεχ δουινωε Danica fuit appellata.* Quod ex commentariis historicis antiquissimis aptè satis, & doctè probat. Ad hæc Daniæ & Norvegiæ solum subjecta fuit hæc Insula, tam quo ad jurisdictionem Ecclesiasticam, quam politicam, Regibus quin etiam Daniæ jam paret, tributa pendet & homagia præstat, nullumq; præter Danum Regem & Dominum agnoscit.

Arngrimus  
Jonas.

Lingua Gothicæ & Septentrionalis  
Danica dicta.

Succedit Ulphilas qui hanc literaturam exteris primò communicasse videtur, quiq; Alphabetum Danicum in ordinem latinum redegit, & notis quibusdam locupletatum ad alias lingvas exprimendas accommodavit. Fuit autem hic Ulphilas, quem Jørnandes Gulphilam, alii Vulphilam, Paulus Diaconus Ulphilam, Alphonsus à Villadiego Gudilam seu Galphilam nominat, Gothorum qui minores vocantur in Moesia Episcopus, qui in linguam Gothicam Biblia sacra convertit atq; his literis descripsit. De eo P. Diaconus libr. 12 in hunc modum differit: *Fridigerus auxilium à Valente postulat, per Vulphilam Episcopum suum Arrianum, qui moratus sub Constantino fuerat cum*

ulphilas.

ulphilas quis  
fuerit.



|       |       |         |        |        |       |       |        |       |
|-------|-------|---------|--------|--------|-------|-------|--------|-------|
| gilc. | lagu. | man     | not.   | othil. | perc. | chon. | rechit | jugil |
| k     | l     | m       | n      | o      | p     | q     | r      | s     |
| tac.  | hur.  | hatach. | huyri. | zin.   |       |       |        |       |
| t     | u     | x       | y      | z      |       |       |        |       |

Apparet literas hasce maximâ ex parte tam quò ad figurâs, quàm quò ad nomina cum nostratibus convenire, causam verò discrepantiæ in quibusdam, ad membranæ refero vetustatem, quæ impedimento fuisse videtur, quo minus exacte singula ab hujus literaturæ imperito excerpi potuerint. Non abludit ab eo Alphabeto quod Trithemius Normannis ascribit, & apud Bedam exaratum refert.

Hæc ubi jam collegissem, offertur mihi tabula Romæ anno MDCXVI. cum privilegio summi Pontificis & superiorum licentia à Philippo Thomasio in ære sculpta, & excusa; cui titulus: *Virga aurea, septuaginta duobus encomiis B. V. Mariæ calata, auctore F. Jacobo Bonaventura Hepburno Scoto: In qua septuaginta duo diversissimorum Characterum continentur Alphabeta, totidem emblematis decorata.* Inter hæc autem, quatuor invenio ad nostrum institutum facientia, quæ cum lineamentis consent Runicis, nostris aut prorsus similibus, aut non multum diversis, non potui non hisce ea adjungere, cum hujus classis esse quivis facile animadvertat. Primum autem quod GOTHICO titulo proponitur, ab Ulphilæ adscripto, parum differt. Secundum GETICUM ipsi dictum, Græca admixta habet pluscula. Tertium SCYTI-CUM, cum vulgaribus nostris magnam obtinet affinitatem. Ultimum MASSAGETICUM ipsi dictum, magis adhuc ad ea, quæ apud nos extant, accedere videtur. Quod tabella hæc clarè satis ostendet.

Jacobus Bonaventura Hepburnus.

Alphabetum Normannis à Beda presbytero adscriptum, cum adfinitatem cum nostris aliqualem præ se ferat, ex Cryptographia Augusti Ducis Luneburgensis, hisce subnectere placuit, ne quid desideraret curiosus Lector.

Normannorum Alphabetum.

Edi-

Gothorum  
Alphabetum  
Turnheuseri.

Edidit & Turnheuserus in Onomastico sub litera T. nomine Alphabeti Gothici, nostris literis plane similes notas, nisi quod in paucis quibusdam, amanuensis incuria forsitan depravatis, varietas levis appareat. Quod hic indicasse suffecerit. Sed cur in voce  $\text{AIBIH}$  primam literam per T exprimat, non video, cum nec propositi literarum characteres id permittant, nec ejus exemplum in tota nostra literatura invenerim.

Purchasii  
Runæ.

Laboriosissimus vir Samuel Purchasius Anglus, Tomo primo Peregrinationum Anglicè conscriptarum lib. 1. cap. 17. inter reliqua sex proponit Literarum genera quæ nostris hisce non immerito annumerantur; cum parum aut nihil differant à jam propositis. Primum, ipsi XII, Normannis adscribit; Secundum, ipsi XIV, Suecis & antiquis Frisonibus. Tertium, ipsi XL, Gothis. Ultimum Ulphilæ. Hæc autem hic repetere minus necessum, cum in sequenti Tabella exprimantur assignatis nominibus autorum, à quibus ea antea excerpimus. Hoc obiter hic notandum XXIX. & XXXVII. quæ ab ipso proponuntur titulo Corsicano & Gallogræcianæ Rotilæ, nihil aliud esse, quam majusculæ modernæ Græcorum & Latinorum literæ, ex quibus per medium sectis superior pars Græcorum, Corsicis; inferior Latinorum Gallogræcianis assignatur; ut cuius accuratius eas intuenti patebit.

Hvit

Jaco. Hepburni.

| Huitf. | Bonav. Vulca. | Lind. | Arr. gr. | Vlisl. | Lazii. | Gotto | Getic | Scyth | Mass | Norm. |   |
|--------|---------------|-------|----------|--------|--------|-------|-------|-------|------|-------|---|
| A      | λ             | λ     | †        | †      | λ      | λ     | λ     | λ     | λ    | †     | λ |
| B      | B             | B     | B        | B      | B      | B     | B     | B     | B    | B     | B |
| C      | ↓             | ↓     | ↓        | ↓      | h      | ↓     | ↓     | ↓     | ↓    | ↓     | P |
| D      | b             | b     | b        | †      | †      | †     | †     | †     | †    | †     | † |
| E      | †             | †     | †        | †      | †      | †     | †     | †     | †    | †     | † |
| F      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| G      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| H      | X             | X     | X        | X      | X      | X     | X     | X     | X    | X     | X |
| I      | I             | I     | I        | I      | I      | I     | I     | I     | I    | I     | L |
| K      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| L      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| M      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| N      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| O      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| P      | B             | B     | B        | B      | B      | B     | B     | B     | B    | B     | B |
| Q      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| R      | R             | R     | R        | R      | R      | R     | R     | R     | R    | R     | R |
| S      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| T      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| V      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| X      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| Y      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
| Z      | ∩             | ∩     | ∩        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |
|        | X             | ∩     | X        | ∩      | ∩      | ∩     | ∩     | ∩     | ∩    | ∩     | ∩ |

& &c eu ei oi œ æ

CAPUT SEPTIMUM.

*Figura literarum Danicarum è variis  
manuscriptis petita & ab amicis  
communicata.*

**U**T itionem ad eos literarum Danicarum paremus ductus, qui nondum publici juris facti sunt, primum eos exhibemus, quos aut à viris fide dignis per literas

*Littere Runice è manu-  
scriptis peti-  
ta.*

G ras



ras accepimus: aut è monumentis & documentis historicis M.S.S. ac nondum divulgatis excerpimus. In his autem cum fraudis major subesse possit suspicio, non gravabor eorum etiam qui heic Symbolam contulerunt nomina recensere, quò nos omni suspitione liberemur; illi meritam reportent gratiam; alii verò eorum exemplo excitati ad laudabilem, tum in his, tum in aliis, patriæ locandam operam animentur.

Runicì characteres M. S. S. selectiores ita- rum profertur.

Nequaquam autem nostri est instituti omnes quos tenemus, aut ab amicis conquisivim⁹ Runicarum literarum, heic proferre characteres: sed delectu habito eos saltem exhibere, in quibus discrepantia & ductuum diversitas apparet insignior, quosq; *αὐτόπιστων* autoritate fulcitos conspeximus: sua reliquos ob navatam operam, gloriâ & laude suo loco & tempore nequaquam defraudaturi.

Fasti Danici.

Characteres igitur in tabella primo loco propositos ipsimet ex elegantissimo & nitidissimo Calendario in membraneo volumine manuscripto, & illustris ac Magnifici viri Dn. CHRISTIANI FRISII de Kragerup, equitis aurati, & serenissimæ Regiæ Majestatis Cancellarii magni, antiquitatum æstimatoris munificentissimi, oblato: libro verò tertio Fastorum Danicorum publicato, excerpimus. Quod ante annos trecentos exaratum fuisse in hunc modum epilogus testatur.

1111. ƆN4111. 1R. 1P. Att dusant ar og thryhunn-  
 ƆR1111111111. 1R1. 1P. drad ara og timbu ar og  
 111111. 1R. 1P. 1111. 1R. ata ar varu lidin af gus  
 111111. 11111. 1P. ƆN1. byrd da an ditte Rim var  
 11111. 11. 11. 11111. 111. skrifvat.  
 1111. 1111111111.

Mille trecenti viginti octo anni elapsi erant à nati-  
 tate Christi, cum hoc Calendarium literis mandaretur.

M. Christianus Joannis.

Proximum locum occupant ea, quæ unà cum aliis ad rem historicam & antiquitates Danicas illustrandas in primis facientibus, transmisit reverendus & clarissimus vir Dn. M. Christianus Joannis Academiæ Regiæ quæ Haf-  
 niæ

niæ est quondam Professor Mathematicus, nunc verò Diœcesis Alburgensis Superintendens vigilantissimus. Cuius in antiquitatibus patriis eruendis industriam, optandum esset ut alii imitarentur.

Hisce succedit Alphabetum M. Nicolai Petri, verbi divini in Moenia Insula quondam Preconis eruditi. Hic ille est, qui de Cimbris & Gothis antiquitatum libros conscripsit tres, Chronologiam quoq; laboriosam, quam UMBRAM SAXONIS vocavit, à primis regni incunabulis ad tempora CHRISTIANI III. res majoris momenti brevissimè exhibentem. Quæ omnia manuscripta & nondum edita in archivis Bibliothecæ Academiæ Regiæ quæ Hafniæ est asservantur.

*M. Nicolaus Petri.*

*Libri antiquitatum Danicarum Nicolai Petri.*

Notas quinto loco positas ex antiquissimo quodam legum codice transcripsit Nomophylax quidam Bergensis territorii, ac per virum reverendum ac eruditissimum Dn. D. Nicolaum Paschasium ejusdem Diœcesis Superintendentem vigilantissimum huc transmisit.

*D. Nicolaus Paschasius.*

Hisce subjunctæ unà cum aliis quibusdam rarioribus antiquitatibus, ex Islandiâ ad me sunt delatæ per reverendum doctissimumq; virum Dn. Thorlacum Schulonium, Diœcesis Holensis in Islandia Boreali Episcopum dignissimum, discipulum olim meum modestissimum. Quia verò in hisce haud paucas esse, quæ à clarissimo Arngrimo delineatis, discrepantiam quandam sibi vendicent, non indignas duxi, quæ hic locum suum invenirent.

*Thorlacus Schulonius.*

Ultimis duabus columnis compræhensas, ex Bibliothecâ illustrissimi Principis ac Domini Dn. JOHANNIS ADOLPHI hæredis Norvagiæ, Principis Holsatiæ &c. huc transtulit Bibliothecarius Gottorpiensis Vir clarissimus, quas cum ex monumentorum & epitaphiorum rudibus in Ducatu Slesvicensi adhuc conspicuis collectas credam, quin pro Danicis haberi debeant, nemo dubitare potest. Ab hac enim literaturâ alienissimos fuisse omnes eos qui Danicum nunquam agnovere imperium, res ipsa docet.

*Bibliotheca Gottorpiensis.*

E codice M. S. Bibliothecæ Florentinæ ad D. Laurentium,

*Bibliotheca Florentina.*

*Johan. Rhodius.*

rium, qui Alphabeta diversarum lingvarum sexaginta sex continet, sub titulo Alphabeti Gothici, quoddam ex Italiâ transmisit vir eruditissimus Johannes Rhodius Hafniensis, quod capite præcedenti sub titulo Ulphilæ delineavimus. Illud igitur heic inserere operæ non putamus pretium, illas saltem seligimus notas in quibus differentia est evidentior. Literam A ita pingit, λ: E Ɔ: P Ɔ: S Ɔ. Sub finem præterea hæc adjiciuntur X, Ɔ, X, Ɔ, Ɔ, Ɔ, quibus quarundam literarum varietates proponi autumo, G, videlicet, E, L, & R. Vel Diphthongos quasdam. Vide Basin tabellæ præcedentis.

*Codex Legum Scanicarum.*

Hæc jam antiquitatum studiosis ubi communicassem, ad me delatum est insigne Legum Scanicarum opus, literis Runicis planè ac plenè in membrana eleganter exaratum; ex quo quæ ultimo loco exhibentur, adjicienda duxi. Codex enim est vetustatem insignem præ se ferens, tam quo ad dialectum, quam quo ad literarum figuras & scriptio- nis normam. In quo & hoc peculiariter observatur, quod quævis dictio duabus punctis, Latinis colon dictis, ab alia segregetur, aut ea nota, quam semicolon vocare consueverunt. Cujusvis vero legis initium à Rubrica incipit, quæ quandoq; primæ dictionis primam literam exornat, quandoq; verò integram dictionem initialem. Hic quoq; illud observavi peculiare, quod ubi nos TS pronunciamus, sive in medio, sive in fine dictionis illud per truncatum Ɔ exprimat hoc pacto Ɔ, ut existimem hanc notam respondere duplici Latinorum Z.

*Nomina eorum qui literas transmisserunt, quare huc allata.*

Quia benignum est & plenum ingenui pudoris (ut scite Plinius in Epistola ad Vespasianum) fateri per quos proficimus: dissimulare hæc nec potui, nec volui, ut sua cuique ob navatam in hoc studio operam, laus & gloria constaret, ac alii horum exemplo ad similem animentur in patriam pietatem, omnesq; antiquitatum studiosos benevolentiam.

*Non omnes literæ quæ Runica putantur tales sunt.*

Quanquam vero alii quoq; tam ex Norvegia & Islandia, quam ex variis Daniæ locis ad me delati sint, Runica-  
rum

rum literarum titulo characteres, attamen quia cum his nullam habebant convenientiam, nec in ullo monumentorum nostrorum, eorum reperire licuit vestigia, pro vere Runicis ac Danicis antiquis ipsos venditare ausus non fui. Interim tamen præter jam propositos, alios quosdam majoribus nostris in usu fuisse, quibus etiam monumenta sua insigniverint, non diffiteor; sed alio in loco ostendam; quos si quis in lucem produxerit, ingenti beneficio hujus literaturæ studiosos beabit: me enim qui de iis erudiret, adhuc inventus est nemo.

*Danicæ literarum rationes.*

*Notarum, de quibus jam differuimus hac esto series.*

|   | Calen. | M. Chr. Johann. | M. Per. | Norv. | Iländ. | Gottorpienf. | Leges Scan. |
|---|--------|-----------------|---------|-------|--------|--------------|-------------|
| A | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| B | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| C | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| D | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| E | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| F | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| G | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| H | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| I | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| K | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| L | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| M | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| N | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| O | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| P | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| Q | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| R | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| S | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| T | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| V | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| X | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| Y | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
| Z | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |
|   | ⱦ      | ⱦ               | ⱦ       | ⱦ     | ⱦ      | ⱦ            | ⱦ           |

## CAPUT OCTAVUM.

*Literarum Danicarum figura ex variis monumentis eruta.*

*Literæ Runicæ è monumentis Danicis excerptæ.*

**I**s literarum notis, quæ vel editis doctorum operibus Danis adscribuntur, vel in variis Manuscriptis, & amicorum suffragiis ad nos delatis, iisdem attribuuntur, hæcenus delineatis: ut eas jam proferamus, quas ex monumentis Saxeis & Cippis, in variis patriæ nostræ provinciis adhuc extantibus colligere licuit, restare videtur. Hisce enim tanquam fundamentis omnium certissimis, ea quæ de hac meditamur Literaturâ, innituntur.

*Quid in hac literarum collectione observatum.*

Ex immenso autem numero, selectis rarioribus ac magis conspicuis, ex quibus orsam hanc telam pertexerem, hæc observavi. Quæ majorem in ductibus literarum præ se ferebant diversitatem, reliquis prætuli & instituto accommodavi. Neglectis iis quæ vel temporum injuriâ vel sculptorum aut amanuensium incuriâ mendosa conspiciantur; potiora, nitidiora, integra, & quibus fides tuto adhiberi posset, selegi. In iis si quæ desiderabantur, quæ Latinis respondere debebant, relictâ in tabella lacunâ indicavi. Aliena namq; ingerere & fictis aut peregrinis hiatus supplere, nostri candoris nequaquam esse putavimus. Præsertim cum hoc emolumentum relictæ præstent lacunæ; ut ex iis colligere detur, quæ notæ majoribus nostris fuerint frequentiores ac genuinæ, quæ vero ab aliis ad peregrinarum vocum varietatem proponendam excogitatae. Illud præterea & hic à nobis observatum, quod in superioribus nequaquam fuit neglectum: ut scilicet loca in quibus quævis, quibus usi sumus reperiantur silentio haud fuerint involuta. Sic enim cuivis, qui hæc nostra in dubium vocare præsumit, ea adire, visere, perlustrare, ac singula accuratius expendere integrum erit.

*Sielandica.*

*Sielandica* extant in Cippo, qui in aream Regiæ *Trygveldensis* transportatus visitur; tum in Saxo, quod è fundamentum-

damentis domus portitoris erui, & in arcem *Orethingburgensem* transferri curavit illustris & magnificus Dn. CHRISTIANUS FRISIUS de Kragerup, Reg: Majestatis Cancellarius magnus, ac si quis alius, antiquitatum Danicarum æstimator præclarus.

Inter *Cimbrica*; *Arhusiensia* ex lapide in cœmiterio *Arhusiensia* Hopontani oppidi, vulgo *Hobroe* conspicuo, maxima ex parte mutuati sumus; nam & ille qui in horto *Stenhalten-si* extabat partem suppeditavit.

*Alburgensia* Saxum quod in templo *Tuordrup* / ut & *Alburgensia* aliud quod muro templi *Bryndersleviani* in provincia *Fersleviana* insitum conspicitur, nostris se usibus accommodavit.

*Viburgica*, murus qui cingit cœmiterium *Guding* / *Viburgica* & propè parochiam *Gunderup* / horreum templi vetustate penè collapsum exhibuerunt.

Nobile illud & à multis hætenus celebratum Regis *Ripensia* Gormonis & Haraldi monumentum quod *Jellingæ* conspicitur; unà cum Saxo quod in provincia *Kindingherret* dicta, templum *Oddum* in cœmiterio ostendit, *Ripensia*.

*Fionica* protulerunt *Bterreherret* & *Eundeherret* di- *Fionica* ctæ: in hujus enim parochia *Otterup* in amne campi *Ansloff* lapis reperitur qui nostro instituto inserviebat: In illius verò cœmiterio *Ansloff* murus quæ viam spectat regiam, inscriptionem continet, ex quâ literas depromptimus.

Ex *Scania* quamvis non contemnenda monumento- *Scanica* rum copia ad nos sit delata, ea tamen in nostrum potissimum transtulimus usum, quæ in provincia *Harsvestedherret* dicta, juxta *Hunestadium* conspiciuntur: ut & ea quæ juxta *Vemæum lacum* in provincia *Bedmanshoyherret* extant.

In *Gothlandia* inscriptio quam in *Korpeflinte* ab Hel- *Gothlandica* gone incisam ferunt, ac ea quæ in *Ene* cœmiterio extat reliquis est prælata.

Per


*Norvagia.* Per suas dicecesium classes distributa Danica, verè & propriè hæc sunt, Romanis Gethica aut Gothica, Græcis Cymmerica & Cymbrica appellata. Quibus ob dominii & lingvæ communitatem Norvagia subjungo; tum quod eodem titulo exteris innotuerint, tum quod ejusdem planè census existant.

*Nidrosiensia.* Inscriptio quæ in *Tingvoldensi* parochia visitur, unà cum ea quæ in *Jemptia Frœ-Sogn* extat, literas *Nidrosienses* præbuerunt.

*Bergensia.* *Bergenses Hoperstadium* in *Vigensi* parochia, ut & illud quod in *Ethnes* in aditu cœmiterii *Gierdis* visitur.

*Asloensia.* In *Asloensi* Dicecesi admiranda extant virtutum trophæa, ex quibus ea quæ in *Totten Hadelandia*, & parochia *Gram* conspiciuntur nobis præ reliquis placuerunt.

*Stavangriensia.* *Stavangriensia* literarum elementa accepta ferimus Saxeæ cruci, quæ in colle propè cœmiterium *Nierumb* erecta cernitur, ut & lapidi *Stangelandensi* parochiæ *Hoeland*.



Dictarum Literarum hic fit Typus.

DANICA.

NORVAGICA.

| DANICA. |        |        |        |        |        |         |        | NORVAGICA. |       |        |        |
|---------|--------|--------|--------|--------|--------|---------|--------|------------|-------|--------|--------|
| Sælan.  | Arhus. | Albur. | Vibur. | Ripen. | Fioni. | Scanic. | Gothl. | Nidro.     | Berg. | Alloc. | Stava. |
| A       | †      | †      | †      | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| B       | B      | B      |        | B      | B      | B       | B      | B          | B     | B      |        |
| C       |        |        |        |        |        |         |        |            |       |        |        |
| D       | þ      | þ      |        | þ      | þ      | þ       | þ      | þ          | þ     | þ      | þ      |
| E       | †      | †      | †      | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| F       | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ       | ƿ      | ƿ          | ƿ     | ƿ      | ƿ      |
| G       | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ      |        | ƿ       | ƿ      | ƿ          | ƿ     | ƿ      | ƿ      |
| H       | ×      | ×      |        | ×      | ×      | ×       | ×      | ×          | ×     | ×      |        |
| I       | †      | †      | †      | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| K       | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ      | ƿ      |         | ƿ      | ƿ          | ƿ     |        |        |
| L       | †      | †      |        | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| M       | †      |        | †      | †      | †      |         | †      | †          | †     | †      |        |
| N       | †      |        | †      | †      | †      |         | †      | †          | †     | †      | †      |
| O       | †      | †      | †      | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| P       |        |        |        |        |        | B       | B      |            |       | B      |        |
| Q       |        |        |        |        |        |         |        |            |       |        |        |
| R       | R      | †      | R      | R      | †      | R       | †      | R          | R     | R      | †      |
| S       | †      | †      | †      | †      | †      |         | †      | †          | †     | †      | †      |
| T       | †      | †      | †      | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| V       | †      | †      |        | †      | †      | †       | †      | †          | †     | †      | †      |
| X       |        |        |        |        |        |         |        |            |       |        |        |
| Y       |        | †      | †      |        |        |         | †      | †          |       | †      |        |
| Z       |        |        |        |        |        |         |        |            |       |        |        |

CAPUT NONUM.

*Cur eadem litera tam diversis figuris exarantur.*

**E**X propositis jam literarum Danicarum figuris liquido apparet, in quibusdam quò ad ductus & lineaturas discrepantiam esse exiguam, in aliis verò varietatem insignem. Cujus rei causas intentiori mentis acumi-

*Qua sit causa varietatis in literis Runicis.*

H

ne



*scribentium  
diversitas.*

*Situs.*

*Elegantia.*

*Ruditas.*

*Georgius  
Gualterus.*

ne qui investigaverit, comperiet easdem ferè esse, quæ varietatem in reliquarum nationum pepererunt literis. In Hebræa ac Græca Literatura haud raro id evenire consuevit, non solum ob scribentium ac literas pingentium diversitatem: sed etiam ob situs in ipsis vocibus varietatem. Hinc aliter in principio, aliter in medio, aliter in fine, quatenus scilicet vel adhærent, vel præstruuntur, vel sequuntur, quasdam pictas esse videmus. Quod exemplis  $\gamma, \beta, \lambda, \mu, \rho$ :  $\nu, \rho$ :  $\theta, \theta, \theta$ : est manifestissimum. Hoc ipsum verò in nostris quoq; evenire, præter alias, docent figuræ quibus R & T exprimuntur.

Sculptoribus præterea haud exigua varietatis attribuenda portio, qui partim elegantiam certare cupientes, partim negligentius ductus exprimentes, partim ob subjecti angustiam multa coarctantes, lineas vel ademerunt, vel adjecerunt, vel distortè expresserunt, vel separandas colligarunt, vel colligandas separarunt: quod etiamnum in scriptis fieri animadvertimus.

Ætates & tempora hic etiam suum sibi vendicant locum. Quod enim de Latinis observavit Georgius Gualterus in Tabulis Siculis, nostræ Literaturæ haud ineptè accommodari posse puto. Ex variis nummis & lapidibus observasse se refert, ut rerum humanarum, sic & literarum vicissitudines, variasq; periodos extitisse. *Seniori enim ante Casarem ætate, informes eas figurabant, ab Octaviani ævo ad Antonianos pulchre quadratas riteq; dimensionas communiter effigiebant. Sensim deinde Romana potentia declinante & literarum rectitudine simili fato imminuta detortas & obliquiores successere; ultimo Gothi ineptos characteres à suis simillimis gentibus barbaris petitos, introduxere; donec tandem proavorum nostrorum memoria cum literis & ejus prisca species & elegantia redierit.* Sed quod Gothos ineptos characteres habuisse refert id ejus condonandum nostratis Literaturæ ignorantia, eos enim qui ritè & sine affectu æstimaverit, Romanis politura & rectitudine haud cedere comperiet.

Quin-

Quinimo peculiaribus eorum ingeniis ac *ἐγχειρή* *ἑγχειρησις.*  
*σε* quædam adscribuntur: ut enim jam contingere vi-  
 demus; si decem fuerint eandem literam pingentes, vix  
 duos in omnibus prorsus sibi similes reperias: ita & in his  
 factum à verò nequaquam abludit.


In manuscriptis verò, præter hanc ipsam, scriptoris  
 hisce lineamentis insuetam manum, multum posse clari-  
 us est, quam ut demonstratione egeat. Quod vero quan-  
 doq; A pro T, B pro B, Y pro P, H pro I, A pro A, & alia  
 ejus generis posita reperiantur, id totum valoris & potesta-  
 tis affinitati acceptum referendum.

*Valoris affi-  
 nitatis.*

Ut autem universa varietas quæ alicujus momenti  
 censeri debeat, uno intuitu quærentibus sit in promptu,  
 hanc Tabellam tam ex editis, quam ex manuscriptis, &  
 ex monumentis excerptis, collegimus; in qua sepositis  
 iis quæ planè conveniunt, ea saltem quæ manifestam va-  
 rietatem & discrepantiam ostendunt, per suas classes di-  
 sposuimus.

*Varietas o-  
 mnis collecta.*

Hac enim & commoditati consultum reor, & fa-  
 stidium eorum levatur, quibus creber e-  
 jusdem notæ in reliquis occur-  
 sus nauseam creare pos-  
 set.



*Small handwritten notes or bleed-through text on the right margin.*

Tabella varietatum literarum Runicarum.

|   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| B | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| C | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| D | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| E | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| F | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| G | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| H | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| I | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| K | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| L | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| M | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| N | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| O | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| P | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| Q | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| R | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| S | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| T | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| V | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| X | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| Y | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |
| Z | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ | ⱦ |

Figura literarum Runicarum à Franciscis expentæ.

Constitutio Chilperici Regis.

Quanquam verò quibusdam minus affabrè factæ & elaboratæ harum literarum dicantur notæ ac figuræ: veteribus tamen Francorum Teutonumq; Literatorib; adeò arriserunt, ut ex iis quasdam, quarum necessarius admodum videbatur usus, in suam literaturam, etiam Regio edicto, transferre conati sint. Nam inter Constitutiones Chilperici Regis, anno DLXXXIV. latas, & Tomo primo collect. Const. imperialium Melchioris Goldasti propositas & hanc invenio: *Addidit literas literis nostris, id est Q sicut Græci habent, Æ, THE VUUI: quarum characteres subscripsimus, hi sunt, O, Ψ, Z, Π, & misit episto-*

epistolas in universas civitates regni sui, ut sic pueri docerentur, ac libri antiquitus scripti, planati pumice rescriberentur.

Hanc Regis constitutionem qui diligentius examinat, *Depravatè propisita.* insigniter eam, vel amanuensium vel Typographorum inscitiâ aut negligentia depravatam esse animadvertet. Illorum quidem, quod minus intellectas notas prave descripserint: horum verò, quod cum typos non haberent quibus notas Regias exprimerent, earum loco ex Græco Alphabeto quasdam substituerunt, quæ aliqualem cum veris affinitatem habere videantur.

Mihi enim planè persuasum habeo, non Græcas sed *Litèra à Rege adjecta, non Græca sed Runica fuerunt.* Runicas fuisse figuras, quibus Rex Chilpericus Alphabetum locupletatum voluit. Idq; eò audacius assero, quod potestates habeant peculiarium quarundam literarum Runicarum; quodq; vestigia verarum figurarum ex substitutis Græcis adhuc colligere liceat. Æ enim ita † exprimunt †. Ψ. nostrates, pro quo illi posuerunt Ψ: quæ eò saltem discrepat, quod brachium sinistrum quod deorsum spectare debebat, sursum vergat. Pro † quod nostratibus est TH, †. Z. illi figuram Græcam quodammodo affinem Z. Π quod nostratibus est V vel U vel W, majusculo Π Græcorum, i. Π. π. ta Π prave proposuerunt. Neminem igitur esse arbitror qui non manifestissimè figuras depravatas esse videat, cum valor & potestas cum nostris sit planè eadem, cum Græcis vero propositis diversissima. In tribus autem hisce res liquida cum sit, de quarta idem omnino statuendum ipse contextus indicare haud obscure videtur, dum depravationis indicia offert manifestiora. Ait enim literis adjectam esse notam à Rege, quæ exprimeret Ω Græcorum, & per consequens diversa esset ab O. Hanc verò novam figuram proponere cum studet, nullam aliam producit præter ipsum O. Quomodo igitur O ab O differt? aut quomodo figura O, quæ antea in Alphabeto extabat, & reliquis coæva erat, ab eo primum adjecta dici potest? suspicor itaque & nostram figuram † quæ O designat heic ascitam †. H 3 fuisse.

Quare hæc li-  
tera Runica  
ascita Franci-  
cis.

Leovigildus  
Rex Gotho-  
rum.

fuisse. Me etenim in hac opinione & illud confirmat, quod tum temporis cum hoc edictum promulgaretur in Franciâ & Hispaniâ, grassabantur Westgothi, qui nostris utebantur literis, imò haud contemnendam sibi imperii vendicabant partem: ut igitur eorum contractus ac literæ melius intelligerentur, necessariò has figuras à Francis ascitas fuisse. Chilperici enim tempore inter Westgothos imperium obtinuisse Leovigildum testantur historiæ.

Haud igitur scio an assentiri possim clarissimo viro Gerardo Vossio, qui in nuper edito de arte Grammatica libro 1. cap. 19. Aimoini potissimum fretus autoritate, non Runicas hæc nostras, sed Græcas fuisse literas arbitratur, quas Chilpericus Alphabeto vulgari adjunctas voluit, dum sic differit: *Sed Aimoinus de gestis Francorum lib. III. cap. XLI. autor est Chilpericum Regem mandasse Gallis, ut quatuor Græcorum literis uterentur Θ, Φ, Χ, Ω. Ac de numero isto consentit quoq; Gregorius Turonensis libr. V. Histor. Franc. cap. XLV, sed alias memorat, nempe O, Ψ, Z, Π. Nisi locus is, ut metuo, corruptè sic in omnibus codicibus legatur. Saltem pro O debuit Ω scribi, nam O prius erat signum tam longæ quam brevæ vocalis. Et pro Π reponendum Φ, quia pro Φ anteerat Π cum spiritus nota.* Hæc ille: Sed quia cum Turonensi facere video Goldastum, & easdem planè notas suscipere, in mea, salvo tanti viri iudicio, magis confirmor sententia. Accedit quod Chilperico non cum Græcis, sed Gothis negotium fuit, cum quibus per literas commodius ut ageret, ex illorum Alphabeto in suum hinc characteres transferre voluit. Nec assumptarum notarum appellationes contrarium arguunt, potestate quippe magis nostris quam Græcis respondent, ut supra ostensum. Quomodo quæso Φ valorem Æ dyphthongi obtinebit, aut χ, uvi? Quin idem Aimoinus, qui contrariæ sententiæ videtur patronus, expressè ait, trium characterum notas ab ipso inventas Chilperico. Quod si verum, utiq; non à Græcis mutuatæ; inventio autem ipsi tribuitur, forsan quia cum Runicæ paucis

paucis notæ, ab ipso censebantur inventæ. Aimoini verba addam ut res sit clarior. *Addidit autem nostris literis Ω id est Omega: & tres alias, quarum characteres ab ipso inventos cum propriis sonis hic subscripsimus. χ ch, θ th, φ ph, directisq; epistolis ad civitates sibi parentes præcepit ut pueri in his docerentur, & libri pumice planati rescriberentur.* Quia variant adeo inter se autores tam in potestatibus quam figuris harum literarum, conjecturæ nostræ locum relictum arbitror.

Nec firmam satis judico sequelam Bernhardi à Malincrot hinc colligentis, *Gallos à Romanis subactos dimissis Græcis, Romanas dudum tunc temporis recepisse literas, easq; Francos victores à victis accepisse una cum Christianismo, &c.*

Cum igitur necessariam ad eò hujus Literaturæ cognitionem esse ex his appareat, ut sine eâ multorum Imperatorum ac Regum edicta intelligi nequeant: quin digna sit ut suo loco restituatur, ac è tenebris & squalore in lucem prodeat, neminem amplius ambigere existimo.

Ut literas hæcæ magni fecit Chilpericus Rex Francorum, ita ab Alphonso Rege Castiliæ & Navarræ despectui habitæ, & planè in Hispania abrogatæ sunt. Refert enim Claudius Duretus in libro de origine Lingvarum cap. 69. ex rerum Hispanicarum commentariis, *Regem hunc circa annum Christi MLXXXVI non solum officia dicta Gothica, aut Isidorica, aut Masarabica abrogasse, sed etiam in Concilio Lugdunensi præsentè nuncio Papali Regnero decrevisse, ut Scribæ & Notarii posthac non uterentur characteribus antiquis Gothicis, per Ulphilam eorum Episcopum inventis, post Toletanis dictis, sed literis quibus tum utebantur in*  
*Castilia.*




## CAPUT DECIMUM.

*Literarum Danicarum figura rariores & minus trita.**Litera Runica rariores.*


**P**roposuimus hæcenus Literaturæ Runicæ Elementa maximè usitata, suis notis & figuris delineata, quorum etiam major ubivis copia, tam in relictis epitaphiorum monumentis, quam in codicibus manuscriptis visitur; de quibus etiam quosdam, quamvis parè admodum, quædam proposuisse meminimus. At præter hæc, & alia nostratibus in usu fuisse, ex quibusdam colligere licet monumentis, integris quidem adhuc, magnâ sui parte; conspicuis, minimeq; oblitteratis. Quæ quod à nemine (quod quidem sciam) hæcenus aut publicata, aut animadversa, aut explicata, admiratione non caret. In his autem cum Davum me, non Oedipum profitear, non potui non eorum mentionem heic injicere, ac notas ipsas ingeniis curiosioribus enucleandas proponere, ut nihil celem quod in hoc Literaturæ genere, unquam observaverim. Quatuor autem quantum adhuc observare licuit, saxa & lapides hisce insigniti extant in locis. In Scania quidem Daniæ duobus: In Asloensi Norvegiæ Diœcesi item duobus, sed res ipsa oculis subjecta, lectorem de singulis melius instruet.

Primum hisce notis consignatum monumentum *Leragria in Blekingia* conspicitur, & in hunc modum se habet.



Monumen-  
tum Lera-  
griense

Secundum propè Syllisburgum in pratis Gomorrheis extat, & si-  
milibus ferme absolvitur ductibus. Tale namq; est:



Monumen-  
tum Go-  
morrhea-  
num.

I

Lapis



Lapis est rudis, purpurei coloris, longitudine unius ulnæ Siælandicæ, quatuor latera inscriptionibus insignita habens. Horum notas singulas perlustranti, occurrunt Runicæ vulgares antiquiores ferè omnes: hæc n. cernere licet:

B. F. T. P. R. K. L. N. Y. Y. M. R. H. T. N.


Quarum valor an in hisce idem sit qui in vulgaribus interpreti æstimandum relinquo: sed & hæc simul expendat oportet, in aliis non ita facilè obvias:

2. M. M. D. G. H. P. Q. R. K. P.

Tertium quod in Norvegia in Diœcesi *Asloensi* reperriri dixi, in muro quod templum cingit *Tunense* extat, lapide utrinq; literato in hunc modum.

Monumentum  
Tunense.

*Latus muro obductum. Latus cœmiterium spectans.*



In hoc præter ea quæ in reliquis duobus extant rario-  
ra, quarundam primæ linæ in latere muro obducto nota-  
rum valorem, mihi ignotum fateor. P. 2. 8.

Monumentum  
Sofverense.

Est in eadem Diœcesi in Tellemarchia, in parochiâ  
*Sofver* quoddam, cujus characteres in hunc modum de-  
lineati sunt & transmissi, P F 7 7 F 1 Z F 2 X 2 F 2 N.

Ex

Ex hisce licet quædam figuræ cum latinis cognationem quandam habeant, an tamen ejusdem sint potestatis subdubito. Cum Hetruscis dum conféro, aliquid affinitatis invenio, & in Alphabeto quod Trithemius Polygr. libro sexto mox post Pharamundi delineat, & ex Bedâ haurit, haud paucæ hisce similes describuntur, sed potestate differre apparet. Hetruscas hic eas voco literas, quas Raphael Volaterranus pro Hetruscis venditat, & à se in monumentis inventas gloriatur; quamvis non ignorem, reperiri, qui eas Runicas planè existiment, sed malè depictas. Atq; id ipsum manifeste profiteretur Signeur des Accords, in suo libello Gallico Les Bigarrures dicto cap. 1. ubi inter reliqua & hæc habet: *Et a fin que tu ne seis deceu de mesme erreur que Vollateran, lequel ayant trouve des vieilles lettres Gothiques en des Ruines, estimoit, que c'estoient des anciennes Tuscanes, des quelles, on escrivoit, du temps de la mere d' Evander. Mais s' il eust veu l' Alphabet des Goths, il ne les eust pas rapporte a la loyange d' Italie, & d' iceux fait si grand parade, encor qu' il ne se soit de guerres equivoque: Car il est certain que les Italiens d' aujourd' huy sont race des Goths & Barbares: & leur langage n' est autre chose que la corruption Latinogotisce du langage Romain* &c. Quod pluribus argutè ostendit Adrian<sup>9</sup> Sckreikius Monitor. Secund. lib. 4, ubi quam plurima offendes nomina & integras sententias Hetruscas explicatas ex Celticæ vel Cimbricæ nostræ lingvæ fundamentis. Consulte autorem ipsum si lubet. Quin & Angelus Rocha in Bibliotheca Vaticana fol. mihi 151, in eadem fuisse opinione videtur, etsi subdubiè loquatur ita inqviens: *Quarumnam verò gentium propria fuerint elementa, seu literarum notæ, quæ in ipsis Tabulis æreis Eugubii aservantur, non satis constat, etiamsi Hetrusca Lingvæ nomine circumferantur.*

*Quæ litera  
Hetrusca.*

*Hetruscas di-  
ctas literas  
esse Runicas.*

Digna profectò monumenta hæc sunt, in quibus aliquid ponatur operæ, cum pleni, integri & conspicui ad-  
sint literarum ductus, non verò abolarum quarundam

*Monumentum  
Helsingicum.*

notulæ aut puncta reliduâ, ut in Helsingico illo, cujus vetustatem adpictæ cruces abundè evincunt.

Danorum li-  
tera secreta.

Normanno-  
rum litera.

Possẽm hoc loco de literis aliis, quæ à Bedâ & Trithemio Normannis ac Danis ascribuntur fusius differere, quæ heic etiam suum sibi vindicare locum videntur; sed quia à tritis hisce Runicis multum differunt, in monumentis adhuc extantibus non reperiuntur, ac (ut ipse fatetur Trithemius) earum usus specialior ac secretior fuit, ad autores benevolũ Lectorem remitto. De iis autem inter alia sic differit Trithemius: *Normanni (qui cum Dacis Asiaticis de Insulis Scandianis, quæ nunc Gothica nuncupantur) quondam egressi, Galliam annis plus quadraginta pervagantes gravissimè devastarunt) ejus Alphabeti ministerio, quicquid inter se voluissent habere occultum tantum, securâ traditione scribebant.* In qua opinione etiam Beda fuit. Narrat enim *Latinas pariter & Græcas literas Normannos permiscuisse, non ex vulgari modo scribendi, sed arcana ratione, qua scribentes de arduis negotiis utuntur quando periculum est, ne literis concredita veniant in notitiam eorum quibus minime oportet.* Verum nostri non est instituti particulares majorum nostrorum notas, quibus familiarius aut secretius inter se animi sensa communicabant, heic tradere; cum famosas illas vulgò dictas Runas tantum inquirere jam studeamus, easq; quibus monumenta celebriora in patria adhuc exornata conspiciuntur, divulgare.

Nummi Ru-  
nicis literis in-  
signiti.

Alioquin & hic locum suum obtinere possent inscriptiones numismatum Hispanicorum ab Antonio Augustino Archiepiscopo Taraconense propositorum, in quibus literaturæ nostræ vestigia conspiciuntur manifestissima. Quia verò in iis enucleandis mirè eum sudare video, & suspicionem mihi præbet, aut probè ductus omnes haud esse expressos, aut misturâ aliarum literarum constare, ejus ex editione Italica quæ mihi ad manus erat, hic inferam conjecturas, ut sit in quo lector curiosus, etiam in hoc genere, suum ingenii exerceat acumen.

Dialo-

Dialogo sexto pagina mihi 193 nummum describit, in cujus altera facie caput militis; in altera pegasi effigies cum hac inscriptione: T H Ψ < G < H.



Ex hisce literis secundam & ultimam latinum N arbitrat, reliqvas verò sibi planè ignotas fatetur; nihilominus non desinit ingenium defatigare, ut inde vocem EMPORION eliciat: sed successu parum felici. Quod agnoscens demum candidè subnectit: *Il più certo è che non le intendiamo.* At T. H. Ψ. verè Runicas esse, denotantes T.S.M. nemo ibit inficias, reliquæ tres depravationis mihi ingerunt suspicionem. Eodem in loco alterius numismatis mentionem injicit in quo hæc leguntur T H Ψ E L E quod ejusdem census esse arbitror.

Gothos qui olim Hispaniam incoluere hæc fabricasse mihi videtur vero simile; eos enim sua peculiaria habuisse numismata, tam in Hispania quam in Italia ipse Antonius paulo post docet, dum penes se ejus generis fuisse fatetur, sed operis rudioris, quam ea quæ jam proposita.

*Gothorum numismata in Hispania.*

Paulo post numismata de Celsa describit, in quorum uno latere facies juvenis cujusdam conspicitur adjunctis his literis C E L. in altero eqves palmæ ramum gestans sub equo hæc literæ L A Q K, quarum tamen ultima in aliis hoc pacto Ψ, in aliis ita Ψ, exprimitur. Agnoscere te arbitror Runica N. H. Ψ: V, S, F. His adde, si placet, quæ habet pag. 200. de Leridensi nummo ex Orichalco, pon-

dere duarum drachmarum. Circa finem ejusdem Dialogi Afranii cujusdam producit nummos, quorum alterum ita depingit:



Juvenis appicta facies hæc habet: 𐌆 𐌱 𐌱, inter quæ A aut O Runica videre mihi videor, cætera quæ equitem stipant, à nostra Literatura abeunt longiusculè. Alterius inscriptio 𐌆 Runicum exhibet, cætera peregrina, nisi f exceptum velis.

Quæ Dialogo septimo pag. 219. proponit, spectantia nummum ad confirmationem vocis SAETABI productum, in cujus altera facie has literas (quas Hispanicas vocat) M D N I ponit: mihi Runicum quid sapere videntur. Confer enim cum hisce 𐌆 I D 𐌆 I P & affinitatem agnosces. Adjungere possem & eas numismatum inscriptiones, quas à Joanne Perez Canonico Toletano accepit, quæq; Dialogo octavo pag. 235. exhibentur. Sed eas tibi, Lector candide, examinandas relinquo.

## CAPUT UNDECIMUM.

### *Literarum Danicarum numerus investigatur.*

*Danorum  
literæ Runica  
sedecim tan-  
tum.*

Q uamvis tot jam circumferantur antiquæ Danorum literæ, quot Latinorum, ac totidem ferè ex delineatis tabellis colligi possint: attamen dum singulos apices diligentius examino simulq; codices & manuscripta vetu-

vetustiora cum relictis monumentis conféro: majores nostros Alphabeto sedecim literarum contentos fuisse invenio. Reliquæ vero notæ demum à recentioribus sunt adjectæ, partim ut iis peregrinas voces exprimerent; partim ut confusionem pronunciationis commodius evitarent. Idem enim de adjectitiis illis literis in nostra lingvâ & literaturâ pronunciare licet, quod P. Terentius Scaurus de Y in latinâ: *Y literam, inquit, supervacuum latino sermoni putaverunt, quoniam pro illa V cederet, sed cum quadam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sunt, in quibus evidenter sonus hujus literæ exprimitur, ut Hyperbaton & Hymnus & Hyacinthus & similia, in iisdem hac litera necessario utimur.* Pari ratione cum in lingvam Danicam progressu temporis variarum lingvarum voces irreperint, quæ necessario scribendæ forent, etiam literarum Danicarum numerus novis figuris adauctus fuit, quibus peregrinas has voces commodius exprimerent.

*Quare jam plures conspiciantur literæ Runicæ quæ sedecim.*

Cum etenim tractu temporis à genuinâ & priscâ integritate lingva degenerare, unâ vocum simplex pronuntiatio evanescere cepit. Ne igitur confusio errores pareret, plures notas adjicere coacti sunt. Ac quamvis maxima ex parte Ulphilæ hoc attribuant exteri, qui ob sacra Bibliorum monumenta in lingvam & literas Gothicas à se translata, summam meruit laudem; attamen ante eum alium quendam Palamedem, Epicharmum, aut Simonidem huic operi manum adhibuisse reor.

*Quis numerum priscarum literarum primus auxerit.*

Waldemaro secundo Danorum Regi victorioso nostrates punctatas omnes adscribunt: adeo ut etiamnum ab Islandis Waldemarianæ dicantur Runæ. Quia enim literæ nostræ cum Græcis magnam habere affinitatem suo loco ostendimus; in numero quoq; primævo discrepantiam inventam haud fuisse arbitror.

*Literæ Waldemarianæ.*

At sedecim initio fuisse Græcorum literas, Plinius, Dionysius, Plutarchus testantur. Nam, ut recte inquit autor tractatus de veteri & recta lingvæ Græcæ pronuntiatione: *Quum inventæ sint literæ simplicibus sonis significandis,*

*Literæ Græcæ antiquius etiam sedecim*

dis necesse est profecto in omni lingua ut quidem commo-  
dè scribi possit, totidem omnino literas extare, quot sunt so-  
ni simplices. Alioqui siue plures, siue pauciores fuerint  
Scriptioni Scripti pronunciationi magnas tenebras offundi  
necessum est: Ibidemq; simplices lingvæ Græcæ sonos se-  
decim tantum esse probè ostendit; quod & ad nostram a-  
ptissimè accommodari quis non videt?

*Literæ Runi-  
cæ antiquio-  
res.*

Primævæ & prisçæ literarum notæ hæ fuere sedecim,  
quas ordine Latino jam recensere placet, donec qui verus  
ac proprius eorum extiterit, suo loco ostendatur.

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ξ.

*Literæ Runi-  
cæ unico dicto  
comprehensæ.*

Majoribus nostris in more positum reperio, ut quem-  
admodum res præclare gestas singulari carminum genere  
artificiosissimè comprehenderint, ita & unicæ sententiæ li-  
teras omnes earumq; potestates includerent.

*Waldemari  
II. dictum  
Runicum.*

Quo artificio vehementer delectatum fuisse Walde-  
marum secundum Daniæ Regem accepimus, qui ipsemet  
literas Danicas, recentiorib9 jam notis ad auctas apophteg-  
mate infra scripto complexus est: Quod autor Scaldæ in  
hunc modum refert: **ÞΙΙΙΛ ΒΑΡΗΤΛΨ ΔΡ ÞΗΡΛ  
ΥΙΡΥΙΜΡΛΨ ΥΑΨΒΙΜΙΡΛΛ ΨΙΚ \*ΙΡΡΛ ΝΛΜΠ-  
ΨΛΡ ÞΛΜΛ ΥΑΜΡΙΚ ΨΙΡ ΗΥΝΡΛ ΔΡΒΛΛΛΥΙ Δ  
ÞΙΙΙΛ ΓΝΚΡ.**

ΘΒΡΙΜΡΛ ΨΛΜΗ \*ΚΡ ΨΓΚΡΙ ΑΝΝΙ ΒΚΓ.

id est: Has literas (de Alphabeticis loquitur) earumq; po-  
testates compilavit Dominus meus Waldimarus Rex Da-  
niæ in acuto hoc dicto:

**Sprengt manns høg flydi tuui Bøll.**

Maximam deinde literarum hisce inclusarum partem  
pluribus explicat idem autor: Sed quis sit proverbii sensus  
non addit, ut nec quotus hic fuerit Waldimarus.

Ego verò quia ab Arngrimo Crymog. lib.1. hujus tra-  
ctatus autorem circa annum Christi MCCXVI. vixisse ac-  
cepi; Secundum Waldemarum Sejer dictum hic innui ar-  
bitror. Is enim paulò ante præclaris auctus victoriis Van-  
dalorum quoq; regnum obtinuit; ascito demum in socie-

*Waldemarus  
II. Sejer di-  
ctus quotem-  
pore vixerit.*

tatem

tatem regni filio Waldemaro III. attestantibus id gentis nostræ annalibus indubitatis.

Voces verò γνωμῆ hac compræhensæ hoc volunt:

*Ruptum viri mentum a versatus idcirco pilam.*

**Sprengt mans høg flyde tuut Boll.**

innuunt pilæ ludo quempiam mento vulneratum fugisse. Antiquitus enim, non scortea sed lignea utebantur pila Knøttur vulgo dicta. De cuius lusu consule Arngrimum lib. 1. Crymogææ cap. 6. In numero igitur literarum majores nostri cum Græcis & Latinis priscis conveniunt. Sic n. Lilius Giraldus Dialogo 1. de Poëtis: *Ab initio sexdecim tantummodo Latinorum literæ fuerunt, sicut Græcorum, ut ostendimus, & pæne eosdem fuisse Plinius asserit.*

### CAPUT DUODECIMUM.

*An h decimasexta fuerit veterum  
litera?*

**S**unt qui quindecim saltem primævas fuisse majorum nostrorum literas existiment, ex earum numero h exulare jubentes. Sunt è contra qui sedecim astruant ultimam hanc nullo jure excludi arbitantes. Rationes utriusq; partistàm affirmantis quam negantis dum expendo, firmioribus mihi inniti videntur fundamentis ii, qui hanc literam antiquitatis prærogativâ gaudere astruunt & sedecim notarum Alphabetum complere statuunt.

*h an ex antiquioribus fuerit litera.*

Primo etenim in vetustissimis monumentis patriæ nostræ, durissimis cautibus ante aliquot sæcula exaratis, ejus effigiem expressam invenio, cujus rei fidem inter reliqua facere possunt; *Trygveldense* Siælandiæ, *Valkera-*  
*num*; *Opagriense*, *Strøense*, *Scaniæ*; *Flemlosense*, *Thilet-*  
*sense*, *Brigningense*, *Fioniæ*; *Hobroense* in tractu Arhusiano; *Tuordropense* in Alburgensi; *Jellingense* in Ripensi, aliaq; infinita. Cum itaq; pari passu cum reliquis literis in hisce aliisq; quam plurimis ambulet hæc figura, non possum non mihi persuasissimum habere, eo sæculô qvo hæc

*h in monumentis antiquissimis exarata.*

K. me-



*Inter nume-  
ros aureos re-  
peritur.*

*In L. L. codi-  
cibus inter  
antiquas re-  
censetur.*

*Obiectio L.*

Regeris forsan, majores nostros, qui parci admodum in literarum figuris inveniendis fuerunt, adeò ut ex necessariis etiam haud paucas ob potestatis affinitatem præterierint, nequaquam binas unius literæ figuras admisisse. Illud enim quod  $\mathfrak{A}$  figurâ suâ exprimere debebat in R præstitum esse: siquidem ejusdem valoris ambas has notas esse complura evincant monumenta Daniæ adhuc conspicua.

*Responsio.*

Quanquam probabilitatis aliquam speciem hoc præ se ferre videatur, attamen nunquam perlivadere mihi potui  $\mathfrak{A}$  & R potestate plane easdem esse. R etenim in principio, in fine, & in medio dictionis positum invenio; sed  $\mathfrak{A}$  non nisi in fine, ubi cum R potestate ferè coincidere debet. Atq; ibidem cum reperitur, non semper simplicis consonantis vim obtinet, sed maxima ex parte syllabæ integræ, ac vocalis quæ eam præcedere debebat, vim absorbet atq; in se continet, sive E, sive I, sive U, sive Y existat; quod infinita exemplorum inductione, si necessum foret, probare possem. Idq; tantum in Danicis (de Sueticis non loquor) observatum notavi.

Quin-

Quinimo quibusdam in locis non R sed Y potestate respondere sunt qui autumant: quibus ut assentiar facit Monumentorum Norvagicorum & Islandicorum fides indubitata; Nam inter reliqua in *Bildenensi*  $\text{H} \text{A} \text{H} \text{A} \text{H} \text{R}$  *Systur* lego. Sic & in dicto Waldemari Regis supra citato,  $\text{P} \text{H} \text{H} \text{H} \text{I}$  *flydi* idem arguit: adeo ut plane persuasum mihi habeam aut latentem quandam esse hujus literæ *évégγevav*, aut non in omnibus provinciis eandem eam obtinuisse potestatem. Cum itaq; ejusdem planè valoris non sint R & A; nec ullius ponderis hoc esse argumentum reor.

A potestate  
responder T  
& R.

Sed adhuc scrupulum dubitanti injicere valet & illud quod A nil aliud sit, quam inversum Ψ, qua de causa nec peculiarem locum inter vetustiores literas promeruisse videtur, cum inversio rei, peculiarem ei largiri essentiam nequaquam possit. Equidem hisce assentirer, nisi in aliis idem factitatum animadverterem. Pari namq; censurâ aut A aut K e literarum ordine expungendum, item A aut P: Ψ quoq; aut A: cum horum unum ex alterius inversione emerferit. Nemo tamen inventus est, qui de eorum antiquitate dubium ullum movere hætenus ausus fuerit. Necessum igitur est ut concludamus A jure meritoq; locum inter primævas literas sibi vindicare ac veteris Alphabeti seriem complere.

Objectio II.

Responsio.

### CAPUT DECIMUM TERTIUM

#### De Literarum Runicarum potestatibus.

Potestates literarum ritè persequi, ac vires cujusq; distinctè proponere, res est non levis momenti, nec facilis præstita, cum ex usu dependeat, qui non solum ratione temporis, sed etiam locorum varietatem acquirit insignem. Quod dudum in Latinis literis expertus est Jul. Cæsar Scaliger, qui lib. 1. de causis L. L. cap. 8. de eo in hunc modum conqueritur: *Supereſt ut cujusq; literæ vim deinceps ex usu atq; ratione, ejusq; causas statuamus, quod*

Potestates li-  
terarum dif-  
ficulter secer-  
nuntur.

Quia ex usu  
mutabili de-  
pendent.

negotium non sine magno labore, variaq; controversiâ expediti potest. Adeo enim degeneravimus à prisca pronunciandi ratione, ut  $\text{E}$  vix extent ipso in usu vestigia:  $\text{E}$  si quid afferas quod emendet vulgus, tanto verò pertinacius ipsi obsistant. Quod si in literis Latinis locum habet, quanto magis in Runicis, quæ à nemine ferè excultæ, per septentrionales hæc oras, incertis legum & canonum restrictæ vinculis vagabantur. Tentabimus interim potiora excutere, & in subsidium vocato Scaldæ nostro, num trita ac maximè frequentata, nostro instituto inservire velint videbimus.

Potestas quid.

Potestatem itaq; literarum nostrarum hisce limitibus circumscribit autor noster:  $\text{FRIPIA IIPIN IAIPI}$   
 $\text{IR YAIIN, AP IR PAA IIAIP PRAIPINAI}$   
 $\text{MIP IAIPIAI AP YIRYIP FIRI. PIRIA}$   
 $\text{PAK IAIPI YAI IAIPIAI IRN PINPIK MAP}$   
 $\text{FIRI AP PIPNRIK. id est: Tertium accidens lite}$   
 ræ est vis seu potestas, & est ipsa literarum pronunciatio & significatio, propter quam nomina & figuræ earum sunt inventæ. Quod verò unius ejusdemq; figuræ diversæ occurrant & sint potestates; id est quod intricatum hoc reddit negotium. In plerisq; igitur earum enucleandis, aliquid ponemus operæ.

B duplicem  
 habet potesta-  
 tem.

Quanta sit affinitas inter B & P, tam quo ad potestatem, quam quo ad prolationem, ipsi agnovere Latini, quocirca eandem clarè indicare sategerunt, dum P figuram mutilati B habere voluerunt. Non igitur mirum nostrates veteres, nullum prorsus in figuris discrimen facere voluisse: recentiores verò qui aliquam in his differentiam invenerunt, illam saltem vel duobus vel unico puncto ventri incluso, vel utriusq; ventris apertione, indicare studuisse. De quo ita autor Scaldæ.  $\text{B IR BIARYK INA IAI}$   
 $\text{PI IAIIN PIRIA B IAIIN IAIPI, AP *I}$   
 $\text{PIN IA RNIAIPIIN INA PINVIAIPI I}$   
 $\text{IIP PA IR FAR *MIPAR PIRIA. IK AP INI}$   
 $\text{IRN BIPPIA AVPIA PIARPIA PIRIA I BIAR}$   
 $\text{YK}$

ΥΑΒ, ΒΑ ΙΡ ΒΑΑ \*ΜΑΒΑΑ ΨΙΡΙΑ Ρ. ΑΑ ΒΑΑ  
 ΗΥΑΒ ΨΙΒ ΗΑΒΡΗΑ ΒΑΥΜΗΨ ΝΑΡΗΨ ΜΨΜΗΑ  
 ΒΑ Β. id est: Β vocatur Βiarkan, ut ponatur pro Β litera  
 Latina. In se autem continet hæc litera Runica; duas mu-  
 tas: una quæ sonat ut jam dictum. Sed idcirco hic venter  
 apertus factus est in Β, quia sonat ut Ρ, quod rotundiorib⁹  
 labiis formari debet quam Β. Quod ut melius intelligas,  
 observabis non ab omnibus eodem modo expressam fuisse  
 literam Ρ. Quidam per Β punctatum, quidam per Β  
 cujus ventres non clausi sed aperti, hoc modo Β, fermè in-  
 star Κ Latini nisi quod transversæ non rectæ, sed curvæ  
 fuerint.

Familiale verò iis qui Romanis Barbari habebantur  
 erat, mutas confundere, ut testatur Autor commentarii in  
 Alphabetum Gothicum à B. Vulcano editi. Clitera cum Κ,  
 Q & G communem potestatem ferè habet, unde factum  
 ut una nota Υ omnium vices suppleverit: quandoq; etiam  
 Η, ubi C cum S potestate coincidebat. Quod lingvæ lati-  
 næ conditoribus etiam haud displicuisse innuit Jul. Cæs.  
 Scaliger. de causis L. L. lib. 1. cap. 10, ubi sic inquit: *Ac sa-  
 nè idem esse nostrum C quod Gallorum sit Κ jam receptum  
 est; explosaq; eorum sententia qui aliter autumarent.* Pri-  
 scianus verò autor est Κ & Q, quamvis figura & nomine  
 videantur aliquam habere differentiam, cum C tamen e-  
 andem tam in sono vocum, quam in metro continere po-  
 testatem.

*Muta à Bar-  
 baris confun-  
 debantur.*

*C idem quod  
 Κ & Q.*

P præterquam quod D notat Latinorum, peculiare  
 etiam quippiam obtinuit, quod commodè aliis exprimi  
 non potest; non solum quod aspirationem simul includat,  
 etiam non punctatum: verum quod eximium quid habe-  
 at in pronunciatione, quod non à quovis ritè efferi potest.  
 Hinc factum, quod in Islandia adhuc inter vulgatas reti-  
 neatur. Intermedium enim sonum habet inter D & T cum  
 aspiratione: Quin & leges prisce Anglorum à Danis roga-  
 tæ, etiamnum hanc literam, tanquam nulla alia commo-  
 dè exprimendam retinent. Quod qui non observant pessi-  
 me

P

mè pro P. substituunt P Latinum. Quod anteme obler-  
varunt antiquitatum nostrarum periti, & etiam monet  
clarissimus Spelmannus in Archæologo sub voce *Byr-*  
*thinsak.*

**A** Cum A promiscuum obtinuit sonum, idcirco & no-  
tam communem **A**. Unde etiam factum arbitror, quod  
dialectus Svetica A pronunciet, ubi nos suavius aliquanto  
E: sed recentiores I literam puncto decorarunt, ut distin-  
ctius ipsum E exprimeret: aliquando verò lineam trans-  
versum per ejus meditullium ab inferiori ad superiorem  
partem obliquè duxerunt, ad idem indicandum. Sed hanc  
notam Scalda noster ad diphthongos refert, sic inquit: **ÞAR ÞAÞA HATHÞNA þ AP \*MATHA ÞARA**  
**ANÞNA RATHAR HATHÞY þ AP I, AP YATHA**  
**ÞRIÞYIA ÞAÞ HATH ÞIB\*H\*ATHÞY.** idest: Mox  
sequitur þ quod sonum habet duarum vocalium E & I,  
quod Græci Diphthongum vocant. Verum hoc in paucis  
observatur, supra enim in varietatibus ostensum hanc no-  
tam pro E & quandoq; pro A sæpius usurpari.

**P** Gut K efferebant, eademq; nota exprimebant, ante-  
quam recentiores in aliis lingvis discrimen animadverten-  
tes, ut G à K in nostra quoq; discernent, punctum adjece-  
runt ac angulum obtusiorum reddiderunt in Y ut G deno-  
taret, hoc pacto **Y**. Hoc Scalda his innuit. **Y IR ÞAÞ**  
**ÞARATH ANA HATHÞMATHÞIA K AP G.** Y est quæ  
duarum consonantium potestatem obtinet K & G.

Quia Q à Græcis fuit neglecta, à nostratibus quoque  
qui multum cum iis habent commune, nequaquam fuit  
admissa. Cum etenim in omnibus quantum fieri potuit  
simplicitati studuerint; nec literas quæ vel potestate vel fi-  
gura dupliciter præ se ferebant, nisi necessitate coacti  
(quando videlicet spaciis inclusi arctis, duas in unam coale-  
scere fecerunt) introduxerunt. In nullo autem Monumen-  
to, ejus usum aut notas reperire adhuc licuit. Si quando  
voces à Latinis usitatae exprimendæ recentioribus fuerunt  
in quibus Q litera occurrebat, ejus loco notam Y substi-

tuc-



peregrina planè. Quinimo in vetustissimo sedecim literarum Alphabeto non  $\circ$  sed  $\text{H}$  reperio etiam Sol vocatum, ut in illo  $\text{H}$ .  $\text{IR TARKA MNPI}$ . Ex moderna igitur veteris lingvæ pronuntiatione recentiores hoc discriminis invenisse arbitror.

$\text{H}$ .

Scalda noster unica simplici figura  $\text{H}$ , tam TS quam DS exprimi vult, de hac litera ita differens:  $\text{HIR IR HAN PIRHAA HYIBAA PIRIA S TAAIKNHAA P AP PIRPHAA P, AP YANNY NHR PAK HAA P YKH HAN AP HA IR PARAA H. HK *I PPHK KAADR- NPA I HHR ANIPPIA HAA PAA *PIAPAK TAP S, IPA DAP S, AP AP PNI *NARP I HAA PNA X AP ZPIKMAA I RNMA PAA M, IPA I PARRN MAI- KN HAA PRAP I. KN IRN PHR HAA PIA AP PNI I HAA PRAP HAA A I AP PMAA RA PIVIA AP RIAA IBIA *IPPAK AIK HAA P IK ANA.$  id est: Hic Sol primo ponitur pro S Latino & circulari, eamq; literam vocamus Knesol, hæc ita pingitur  $\text{H}$ : Sed in se naturaliter continet sonos duarum literarum T & S vel D & S, quia neutra ex his literis X & Z sive in lingua Runica, sive in antiquo Latino Alphabeto existit. Jam verò in Alphabeto collocantur, quia citius videtur una litera scribi, quam duæ. Duplices itaq; saltem ob celeritatem scribendi inventas arbitratur; quam antiquitus Sculptores, Saxis monumenta mandantes, curare non potuerunt.

*Duplices quare inventæ.*

## CAPUT DECIMUM QUARTUM

### *De ordine Literarum Danicarum.*

*Ordo literarum duplex.*

**I**N literis duplex spectari solet ordo: alter syllabarum & dictionum respectu; ostendens quæ in connexione præire, quæ verò subsequi debent: respectu doctrinæ alter, quo pacto ordinandæ & qua serie commodius addiscantur literæ monstrans. De hoc jam quæritur, non quidem qualis ille sit qui hoc sæculo in Literis Runo-Danicis discēdis observatur: sed qualis ille quo olim à majoribus nostris traditæ fuerunt.

Qui-

Quicumq; ex neotericis has literas vel publicis monumentis posteritati consecrarunt, vel etiam manuscriptis easdem aliis communicarunt, ad Latinorum plerumq; se accommodarunt seriem, ut eam quæ A repræsentat primo statuerent loco, quæ B, secundo, atqve ita consequenter, à scopo & instituto majorum nostrorum longissimè ex-  
 Quod tamen orbitare video. Si etenim vetustissimos Legum codices in quibus genuino suo ordine exarata conspiciuntur hæc elementa, vel etiam aureorum numerorum notas consuluerimus, longè aliam eorum seriem inveniemus. Sic namq; recensent,

*Ordo literarum Runicarum diversus est ab ordine Latinarum.*

Ψ Π Ρ Δ R Y \* K I A H T B Γ Ψ Δ.

Et certè si nihil aliud superesset ex quo hunc ordinem colligere liceret, aureorum numerorum, ut & literarum Dominicalium progressus eum abundè demonstratum darent.

*Ordo literarum Runicarum probatur.*

Nulla enim subest ratio cur Ψ unitatem denotaret, ac simul inter Dominicales prima esset, nisi quod eadem quoque in literarum serie prima. Præsertim cum Hebræos & Græcos, in hoc negotio per literarum notas computantes, imitatos fuisse nostros liquidò constet. Sed & huic sententiæ manuscripta adstipulantur vetustissima, quæ ex professo hanc rem tractantia, à proposito ordine nequaquam discedunt. Eumq; in vocalibus non solum proponit Scaldæ, sed & rationibus evidentissimis confirmat ut postea dicetur.

Quamvis subtilius rem rimanti rationes deesse non possint quibus hic ordo confirmetur; attamen artificis & inventoris arbitrium primas hic obtinere reor. Locum certè hic habere nequit illud quod de Græcis & Latinis differit Scaliger de caus. L. L. lib. 1. cap. 5. in hunc modum: *Cujus forma est ejusmodi, ut prima prodierit in lucem atq; usum sermonis, hoc de sese præstat, ut prima quoq; dicatur: proxima namq; est naturæ communi.* Non enim tam internam formam ac potestatem, quam externam figuram & in ore efformationem respexisse videntur majores no-

*Ordo hic dependet ab auctoris arbitrio.*



*Naturalis  
Runarum or-  
do qualis?*

stri. Si à simplicioribus ad composita in figuris procedendum fuisset; I primum occupasset locum & P ultimum ferè. Omnes enim pro fundamento unam simplicem ac rectam agnoscunt lineam quæ I repræsentat, atq; ex ea & aliis adjunctis constant ductibus, quædam duobus, quædam tribus; qui vel recti, vel obliqui, vel curvi. Primatum itaque obtinere debebant eæ quæ unicâ constant lineâ rectâ: hiscè subjungi, quæ ex duabus rectis, vel rectâ & obliquâ aut curvâ: mox quæ ex tribus, sive rectis, sive recta & obliquis aut curvis. Sed hic autoris non videtur fuisse scopus.

*Ratio ordinis  
vocalium.*

Non absurdè rationem ordinis vocalium, ab organis vocum mutuatus est Scaldæ noster, ac diversitatem inter Latinas & Runicas demonstravit; cujus verba idcirco digna duxi quæ hic proposita à Literatoribus æstimentur. Sic namq; inquit: N IR AP BNI YNRH1 H111 AP BR \*NABAA I NARNY. A PAR MHH1 AP \*NABAA I YNHN Y, I H1H1I PAR MHH1 AP \*NABAA I APAB NIRBNY BARY1 H1Y E IP \*H1 IR BAA111. PAR MHH1 IR AHYIBAA, H1 \*H1 \*NABAA I BRIH11. id est: N primum occupat locum inter vocales, quia labiis formatur. Deinde A quia sonum in ore acquirit. Proximum est I & in summitate palati sonat: Si sit punctatum ut E. Hinc sequitur A quia sonum edit in pectore.

*N cur prima  
inter vocales.*

Videntur igitur majores nostri in vocalium dispositione ad earum formationem & pronunciationem respexisse, ac ab exterioribus vocis organis tanquam sensibus magis obviis, paulatim per intermedia, ad interiora descendisse: cum Latini vice versa ab interioribus, ad exteriora procedendo, suas collocaverint. Utriq; quidem suo respectu haud malè. Quin & aliam à materia soni depromptam, idem autor subjungit rationem, sic inquit: H1 N IR AP BNI YNRH1 HYIBAA, AP H11 IR PRIYH1 AP MHH1 H1ANPN IPNI RABPARIMAA NIR \*PINY AP TABAIE YHPI YANNA. Sed N primo loco ponitur, quia proximum & maximè vicinum est ma-

teriæ

teriæ soni, quam nos putamus esse aërem. Sensus est: quia n̄ dum profertur labiis, primū est quod aërem ex quo sonus & voces fiunt, proximè attingit, idcirco primo loco ponitur. Labia enim quibus formatur viciniora sunt aëri quam vel oris interior concavitas, vel palatum & fauces. Sed de ordine literarum nostrarum hæc sufficiant.

Obiter hinc colligere licet hallucinari Hermannum Hugonem cap. 5. de prima scribendi ratione, cum sic inquit: *Idem ferè ordo literarum servatus est à Gentibus omnibus qui ab Hebræis, extra Arabes solos, qui plus nimio gloria cupidi, literarum suarum ordinem, ut Ḥ figuræ noluerunt videri ab aliis accepisse.* Nisi particula ferè nostram gentem etiam includat. Sed hac particula juvari non posse indicant ea quæ subjungit dum ait: *Apud omnes gentes agmen ducit.* Non enim apud nos res ita se habet.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

### *De Literarum Danicarum Nomenclaturis.*

**E**Xpeditis literarum nostrarum figuris, numero, & ordine, ut de nominibus quibus eas insignire placuit majoribus nostris jam aliquantulum sumus solliciti, res ipsa postulat. Præsertim cum ἐμφατικότερα multo in nostrâ quam in ulla alia existant lingvâ.

In iis autem imponendis majorem cum Græcis quam Romanis affinitatem in eo contraxisse videntur, quod non ut hi, uno simplici sono: sed ut illi, voce integra singulas proferre placuerit. In eo tamen discrepantia occurrit, quod voces quibus Græci suas expresserunt, maxima ex parte nullius extiterint significationis: eæ verò quæ à majoribus nostris iis sunt tributæ, rem aliquam, à qua literæ figura non usq; adeo abhorret, simul exhibent. Unde etiam factum, ut in Poësi Danica, literarum per se positarum, magna extiterit emphasis, aliis lingvis vix exprimenda.

Quod verò variare aliquantulum videantur hæc nomina, nec ab omnibus pari modo efferantur, id partim

*Nomina literarum Runicarum emphatica.*

*Nomina Runicarum literarum in quibus cum Græcis conveniunt.*

*Nomina literarum Runicarum quare non ab*

omnibus eodem modo scribantur.

provinciarum diversitati dialectis distinctæ; partim idiomatis sæculorum progressu à nativa sua indole deflectentis variationi adscribendum videtur.

Usitiora saltem hic recensere placet.

Nomina literarum Runicarum.

Ʒ Fe, Fie, Fir, Feyer.

Ń Ur, Wei.

Ƣ Duff, Dors, Thors, Dorks, Stungin Thyr: quæ tamen appellatio non Ƣ sed ƣ punctato seu ƣ compete- re videtur, quod æquipollet quandoq; priori.

Ǻ Oys, Os, Oahs, Or.

R Reidr, Reid, Reidar, Ridhur.

Y Kaim, Kan, Kyn, Kón.

\* Haghl, Gagal, Hagil, Haghal.

Ʀ Naud, Nand, Nyd, Non, Nahd.

I Iis, Ies, Is, Idher.

A Aar, Ar, Ager.

Ŧ Sol, Sun, (Knesol secundum quosdam.)

† Tyr, Tir, Tidhr.

B Biarkan, Biarkan, Birk, Birkaldr, Byrghal.

Ƨ Langr, Langur, Lager, Lagh.

ƨ Madr, Madur, Madher, Man.

h Tr.

Reliquæ literæ quæ post inventæ & additæ sunt, vel ex hilce compositæ, vel eadem planè, sed punctulis quibusdam auctæ, vel mutilatæ conspiciuntur: quocirca non simplices, sed compositas appellationes sunt sortitæ, hoc pacto:

Ƨ Knesol, hengende Sol, quasi Ŧ mutilatum aut extensum.

ƣ Stingende Is, seu I punctatum.

ƣ Stingende Kaim, seu Y punctatum.

B Stingende Biarkan, seu B punctatum, quod aliquando utroq; ventre mutilato etiam pingitur in hunc modum Ƣ.

ƣ Stingende Fe, seu ƣ punctatum.

Duplices Latinis dictas ut in Monumentis nostris non repe-

reperiri: ita nec appellationes peculiare habuisse constat: ut capite XIII. ostensum.

Quod si illas literas vocare libet duplices, quæ duarum aut plurium consonantium habent valorem, etiam in nostro Alphabeto, quatuor ejus generis reperiuntur, quæ præ reliquis crebrius, imo antiquitus semper id præstabant, antequam novis figuris locupletata fuit res nostra literaria. Sunt autem hæ: Y valet K, G, Q: B valet B & P: H valet S, X & C: T valet T & D, de quibus audire lubet Scaldam nostrum, in hunc modum differentem:

*Duplices quales in Runick Literatura.*

FN IRN FHNIK PIRIA RNMAHAPIA HAHIA  
 PIRIA ANA HAYB\*MAFHFNK, AP FHIR HAY\*  
 MAFHFNK \*APL RNPARI \*MAF IM APRIA  
 HNA HIF IR G AP K, S AP X, B AP P, D AP T, i. e.

Sunt quatuor literæ quæ ponuntur loco duarum consonantium, quod ipsæ consonantes habeant similiorem sonum quam reliquæ: ut sunt G & K, S & X, B & P, D & T.

Si igitur ullæ in veteri Alphabeto ponendæ sint duplices, hæ erunt. Sed hoc discriminis est inter Latinorum duplices & hæc, quod illæ simul, ac eadem in dictione duarum obtineant potestatem: hæ verò non simul & in eadem voce, sed in diversis; In quo enim loco Y K denotat, in eodem G denotare nequit, & sic de reliquis.

*Duplices Runickæ quomodo à Latinis differant?*

CAPUT DECIMUM SEXTUM

*Nominum & figurarum in literis Danicis Harmonia.*

**N**on defuere qui rationem nominum literis Hebraicis & Græcis impositarum reddere sint conati, verum quam infelici successu in hoc genere plerique eorum sint versati res ipsa indicat, eo quod solido destituti fundamento, vocibus pro suo arbitrio significationes adscripserint. Eusebius quidem in Hebraicis desudavit, sed à Goropio Becano libr. i. Hieroglyph. explosus operam & oleum perdidit. Feliciori successu laborasse videtur Bo-

*Nomina literarum Hebraicæ & Græcæ nihil significant.*

Nomina literarum Dani-  
carum omnia  
rem aliquam  
notant.

navent. Cornelius Bertramus, qui cap. i. Rudim. lingvæ Hebrææ omnium literarum Hebraicarum nomina enucleavit, ac figuris earum accommodavit. Quæ si rata, argumentum præbent haud leve ortus nostrarum literarum ab Hebræis, & convenientiæ eximiæ. In Græcis vix inventus qui tale quid tentaret, cum longius à rerum notionibus, earum appellationes sint remotæ. Nostras vero literas talia sortita esse nomina supra diximus, quæ non solum rem aliquam genuinâ suâ significatione exprimant; sed etiam cum figuris ipsis aptè quadrent. Quod ut clarius pateat de eo aliquantulum heic differendum duxi.

Veteris lingvæ gnarum etsi latere minimè possit, quid cujusvis literæ sibi velit appellatio, nec ex majoribus nostris quisquam de eo dubitaverit; siquidem è medio loquendi usu quodvis nomen sit depromptum: attamen & hoc ipsum figuris ipsis, quantum quidem licuit & instituti ratio permisit, adumbrare conati sunt, ut hanc nominum, figurarum & rerum harmoniam, curiosior hujus literaturæ scrutator admirari satis nequeat. Id autem singularum literarum apices perlustranti manifestius evadet.

ψ. Ψ quod *Fee* vocant, armentum, peculium & divitias (quas etiamnum *Liggende Fee* appellant) dixerunt; repræsentat autem animal cornutum, aut taurum cornibus superbientem. Maxima namque divitiarum portio in armentorum & pecudum gregibus antiquitus consistebat.

Ur. Π Ur. Aquarum impetu delabentium rivus indicat: ut & nimbium guttis densioribus cum impetu delabentem. Inde quoque per metaphoram ad alia, quædam cum hisce similitudinem habentia accommodatur, ut ad scintillas ex ferro ignito pulsatione exilientes. Hujus figuræ inventio, ab autore commentarii de lingvâ Geticâ, vel eo nomine commendatur, quod errores quos figura majuscula ei à Latinis tributa parit, commodè evitet. Quod eleganter sic

v melius sic ostendit: Π majusculam U Getæ rectè pingunt, Latini male cum ejus loco V ponunt: quod cum formam Græci Ny habeat, errorem multis parit. Ita Michael Ritzius histori-

*cus cum alicubi legisset THEUDIS qui Rex Gothorum fuit, Thendius reddidit: cum Latini intelligi velint Teudis. Eadem ratione TEUTONES fierent Tentones, &c.*

Quis igitur in reliquis majorum nostrorum non admiraretur prudentiam, cum in re tam exigui momenti adeò fuerint accurati?

¶ *Duß.* Spectrum montium incolam, quod forma pumilionis aut gigantis antiquitus comparere, ac foeminis puerisq; terriculamenta objicere solebat. Linea enim recta spectrum, curva montem seu collem repræsentabit.

*Duß.*

¶ *Oys.* Sinus maris promontoriis acutioribus excurrentibus, nautis infestis: vel etiam ostium maris portum navibus præbens; à quo nec abludit pictura.

*Oys.*

¶ *Ridhr.* Equitationem seu currulem vectorem notat: equitem divaricatis cruribus equitationi se accingentem depingit.

*Ridhr.*

¶ *Kam.* Kón pronunciant: nam au antiquitus ut jam efferebatur. Ulcus autem seu pruriginem denotat; quod & brachio ad scalpendum extenso indicat.

*Kam.**Au, ut & pronuncian- dum.*

\* *Hagl.* Angulosæ grandinis, floccorumq; nivis faciem ostendit.

*Hagl.*

¶ *Naud.* quod jam Nöd effertur, necessitatis naturam, quæ fulcro quo sustentetur indiget, exprimit.

*Naud.*

¶ *Iis.* Glaciei planitiem; seu stiriam frigore concretam, recta linea conspicuam.

*Iis.*

¶ *Aar.* Ubertatem agrorum & annonæ bonitatem notat, hinc vomeris pingitur figura. Nam benè exaratis & elaboratis agris, illa provenire solet.

*Aar.*

¶ *Sol.* Radios Solares hinc inde dispersos. Ex eodem quoq; fundamento & altera ejus emerfit figura quæ corpus Solare uno radio insigne exhibet.

*Sol.*

¶ *Tyr.* Taurum cornibus terram fodicantem. Quandoq; verò & unico cornu, sinistro nempe, conspicuum cernitur hoc pacto, tum allusio fit ad Idolum Tyr antiquitus dictum, quod à lupo quodam altera manu pri-

*Tyr.*

vatum

vatum fuisse fabulantur in Edda. Unde postea unimanus dictus hic Deus Asiaticus. Figura enim non abhorret ab homine altera manu spoliato.

*Biarkan.*

B *Biarkan*, Betulam foliorum læta amplitudine & viriditate se diffundentem.

*Laugr.*

Λ *Laugr*. Liqvoreem aut rivum aquarum ex montis cacumine delabentem.

*Madur.*

Υ *Madur*. Virum extensis ad cœlum brachiis aſtrorum miracula contemplantem.

*Tr.*

⌘ *Tr*. Intensum arcum sagitta præditum. Sic enim *Thry deilur*: ⌘ IR BIRN⌘ BAPII, BARPAPA PAPK, AP PIPPN PNATI⌘. id est: *Tr* est arcus intensus; militiæ commoditas, teli delator. Figura planè repræſentat Haut Æthiopicum.

*In literis non  
requirēda rei  
exacta pictu-  
ra.*

Rudiori picturæ & priscæ simplicitati congruè hæc quidem de Literarum figuris, nominibus Danicis antiquioribus respondentibus dici possunt. Sed longiusculè petita si quis regesserit: non repugnabo. Observabit interim benignus lector, nequaquam artem pictoriam in hisce; sed nudas elementorum lineaturas nominibus consonas, majores nostros exhibere voluisse: in quibus lineæ rectæ fundamentales, rem ipsam & subjectum repræſentarent; laterales verò ejus partes aut accidentia, quibus sensus ut plurimum movere & afficere solet.

*In literis He-  
braicis & Ru-  
nicis figurarū  
datur ratio.*

Quinimò si quis hæc contulerit cum iis, quibus rationes figurarum elementorum Hebraicorum reddit Bonaventura Cornelius Bertramus cap. i. comparationis Grammaticæ Hebraicæ & Aramicæ, non minorem forsitan in hisce inveniet probabilitatem, quam in illis. In re præterea obscurâ & vix extricabili, temporis quinetiam injuriâ penè abolita, præstat aliquid quam nihil invenisse, ut vel hac ratione aliis hæc excolendi detur occasio, tandemq; votis multorum etiam in hoc genere fiat satis. Qui ad modernū linguæ Danicæ respicientes idioma, significationes alias præter jam dictas, appellationib<sup>9</sup> literarum assuere tentant, frustra sunt. Repugnantem enim sibi habebunt priscam

Pœsin,

Poësin, sensum harum manifestissimè indicantem. Majorum præterea inventa, nostro metiri ingenio, aut Danos, qui ante aliquot sæcula vixerunt, nostra loquentes dialecto introducere, sanæ rationi est vim inferre.

Sunt qui figuras cum nominibus eorumq; significationibus conjungentes, mystica varia, S.S. Trinitatem, regiminisq; cœlestis abdita, concernentia eliciant. Piè quidem & optimo intento; sed priscorum Runarum instituto congruè non dixerim. Ii enim densissimis idololatriæ & paganismi involuti tenebris, de talibus ne somniando quidem cogitare potuerunt. Ut igitur suo in precio hæc relinquenda existimo, ita ad priscam literaturam illustrandam parum admodum facere arbitror.

*Cabala Runica.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

*De Literarum Runicarum divisionibus.*

Quamvis prisca ac primævi nostri Literatores qui Runas invenerunt, ac primum in usum transtulerunt, simplicibus sedecim literarum figuris contenti, magis sollicitos fuisse arbitrer, ut eas debite ad res exprimendas adhiberent ac usui accommodarent, quam ut juxta subtiles Logicorum præceptiones in classes ac ordines distribuere: attamen posterius in hoc negotio suam desiderari haud passi sunt diligentiam: sed Hebræorum, Græcorum ac Latinorum imitantes industriam, literas nostras dispescuerunt in R A F F A R H A P H, quas etiam \*M A F H A P H vocant, & H A P \*M A F H P H: seu in vocales & consonantes.

*Divisiones literarum Runicarum novæ sunt.*

*Literarum Runicarum divisio.*

Vocales quò ad figuras quatuor, quò ad potestates verò quinque olim erant: sed recentiorum industria effecit, ut E, quæ figura destituebatur, tandem novam acquireret ex I & puncto conflata: apud quosdam ex I & linea à sinistris sursum versus oblique ascendente. Et hoc est quod autor Scaldæ ait I sonare ut E, si sit punctatum. Numerum vocalium sic recenset idem autor. I M A R A H H

*Raddastast vocalium numerus.*

M

H A P H



ԿԿՄՐԱՄԻ ԻՐՈ ՍԻՄ \*ՄԻՔԻԿԱՄԻԿ, ԿՈՁ ՈՐ Ո.  
 ՁԿԿ Ձ, ԿԿ Լ, ՎՐ Վ, ՁՄ ԻՐ ԿԿՈՒՔՈՄՄ ԿԿԿԿԿ  
 ՄՈՐԻԿ Ի, ՁՄ ԻՐ ԻՎ ԿԿՈՒՔՈՄՄ ԿՈՁ ԿԿՄ ՎՄՅ\*  
 ՁՄ ԿԿ\* ԿԿԿԿԿՐ ՄՈԿ Կ ՐՎՔՎՐԿԿԿԿՄՐԻԿ Ի  
 ԻՐԻԿԿՄՈ ՄԿԿՄ. id est: In Norvagico Alphabeto  
 (Norvagicum, Danicum, Runicum autori sunt Synoni-  
 ma) quinque sunt vocales, ut urՈ, օՏՏ Ձ, is Լ, aar Վ, Is verò  
 quandoque positum est pro E, quemadmodum Aleph &  
 Jod pro vocali in lingua Hebraica. Rationem ordinis vo-  
 calium, qui scilicet fiat, quod illa quæ ultima est apud Lati-  
 nos, prima sit apud nostrates, & vice versa, mox subjungit,  
 quam nos supra, ubi de literarum ordine sermo est, pro-  
 posuimus.

*Ratio ordinis vocalium.*

*Sambliodēdr.*

*Consonanti-um divisio.*

*Halfraddar.*

*Dumba.*

*Muta cur sic dicta?*

Consonantes, quas ԿԿՄ\*ՄԻՔԻԿՔԿ vocant, duo-  
 decim constituunt, quas rursus subdividunt in semivoca-  
 les \*ՎՄՄՐՎՔՔԿ dictas, & mutas ԻՈՄՅՎՎ vocatas; ac  
 in unaquaq; classe quinque; constituunt ex præscripto Scaldæ,  
 qui ita se habet: ԿԿՄՅ\*ՄԻՔԻԿՔՈԿ ԻՐՈ Տ. Ի ՐՈ-  
 ԿԿՄԿԿՄ. Մ. ԻՐԻՐ ԻՐ ԿԿՄԿՄԻԿ ՐՎՔՎՐԿԿԿԿԿ-  
 ՄՈՄ ԻՐՈ ՄԿՄՄՔԻԿ \*ՎՄՄՐՎՔՔԿ ԿԿՄՔԿ.  
 ԻԿԿ ԻՐ. Ր. Կ. Մ. Ն. Ս. ՄԿՄՄ ԿՈՄՄԿ ՄԿԿ ԻԿԿԿ  
 ԿԿՄՍԻ ԿԿԿՄԿՔԻ Ի ՐԿԿԿՈ ԿԿՄՍՐԱՄԻ ԻՈԿԿ  
 ԻՐ \*ՍՔԿ ԿԿԿ \*ՄԻՔ ԿՄ ՐՎՔՔԿ ԿԿՄՔ.  
 id est: Consonantes in lingua Runica sunt duodecim,  
 quinque; quæ vicinæ vocalibus vocantur semivocales &c. ut  
 sunt Ր Կ Մ Ն Ս. Sic vocantur hæ literæ, à quibusdam in  
 Latino Alphabeto, quia sonum suum ex vocalibus habent.  
 Mox post pauca ad mutas digreditur, de quibus in hunc  
 differit modum: ԻԿԿԿՈ ԻՐՈ ՍԻՄ ԿԿՄՍԻԿ ԻԿԿ  
 ՈՎԻՐ ՄԿՄՄՈՄ ԻՈՄՅՎՎ ԻՎՔ ԻՐՈ. Մ. Ք. Մ. Կ. Յ. ՁՄ  
 ԻՐՈ ԻԿԿԿԿ ԿԿՄՍՐ ՎՄ ԻՈԻ ԻՈՄՅՎՎԿ ՄԿՄՄ-  
 ՔԿ ԿՄՄԻ ՄՈՐԻԿ ԻՎՔ ԿՔ ԻԿ \*ՎՄՎ ԿՄՄ \*ՄԻՔ.  
 \*ՄՄՔՈԿ ՎՄ ԻՈԻ ԻԿԿ \*ՎՄՎ ՐՈՎԻՔ \*ՄԻՔ, \*ՎՎ  
 ՐՎՔՔԿ ԿԿՄՍՈՄ Ի ԻՎ ՐՈՄԿՔ ԿԿՄ ԿԿ ՄԿ-  
 ԻՈԿ ԻՐԿ ՄԿՄՄՔՈԿ ԻՈՔԻԿԿ \*ՎԿԿԿԿ ԿՄ ՔՁ-  
 ԻՐԻ ԿԿԿ ԻՐ ՐՈԿ ԻՐ ՄԿՐ \*Վ ԿԿՈՄՄ ՔՎՄՄՈՄ  
 ՄՐՎՔՔՈԿ. id est: Quinque; sunt literæ quæ mutas vo-  
 camus

camus

camus, videlicet P. F. Y. 4. B. Et non vocatur mutæ quod nullum habeant sonum, sed quia parum soni habent vocalium respectu. Quemadmodum homo vocatur nihili ex præclara stirpe oriundus, qui nullo modo virtute respondet suis majoribus.

Hæc Scaldæ est de divisionibus literarum sententia, in qua examinanda curiosius aliquanto, si quis versatus fuerit reperiet quod desiderabit. Consonantes namque; duodecim esse statuit, sed eas cum dividit & enumerat, decem saltem exhibet, quinque; scilicet mutas & quinque; semivocales. Omissum igitur videtur H ut & \*. Sed de \* egit supra, mox post vocales, ubi hæc ponit: \* IR 1FYI4 1P I-BRHHYNP H1APHP. id est: \* ex Ebraicis desumptum est literis. Quò ad potestatem scilicet, non verò quo ad figuram.

*Divisio hæc literarum Runicarum examinatur.*

*Consonantes omittæ.*

\*

Sed quia classe consonantium illud excludit, & mox post vocales ponit, in ea opinione esse videtur, quæ statuit aspirationis saltem esse notam; & non literam: vel si litera sit, inter utrasque; ambigere. Desiderantur itaque; adhuc duæ consonantes ut numerus duodenarius impleatur. Prima quæ adjungenda videtur est H quæ forsitan ad semivocales reducta non est, eo quod peculiaris sit naturæ & potestates habeat plures quam reliquæ semivocales, ut de potestatibus literarum ex auctoris præscripto, supra à nobis ostensum. Restat igitur adhuc una, quam inter mutas querendam arbitror. Licet enim quinque; saltem hic ponantur figuræ, potestatem tamen sextæ includunt. B etenim & B & P notat. Quinimo si iusta lance res libretur in veteri literaturâ quatuor saltem fuisse mutarum figuras, quæ sex in se continebant potestates comperiemus. P. n. est Y punctatum à recentioribus, ut distinctius G exprimeret ut supra ostensum. Nec majori diligentia vocales tractasse videtur, dum ad Latinos & alios respiciendo, propria neglexit. A enim omisit, quod Y quibusdam sonat & huc referri debere putatur. Nisi inter vocales & consonantes ambigere quis existimet, dum à quibusdam pro Y, ab aliis pro R pin-

H

B

*Mutarum figurarum olim quatuor, potestates vero sex.*

*Vocalium examen.*

M 2

gitur.

Arngrimi de  
hac divisione  
judicium.

gitur. Sed lubet majoris lucis gratia de hisce judicium Re-  
verendi & clarissimi Viri Dn. Arngrimi Jonæ, Ecclesiarum  
in Diœcesi Holensi in Islandia inspectoris vigilantissimi,  
quod datis ad meliteris Anno MDCXXVI perscripsit, subjice-  
re. *Habemus, inquit, decem consonantes, quibus adduntur I*  
*ᚱ N, hoc est, is ᚱ ut quoties fiunt consonantes, ut in aliis*  
*linguis, cujus hic expressa est mentio, ᚱ quasi præceptum.*  
*Monet quoq; Scaldia B id est Biarckan pro P usurpari;*  
*sed utroq; ventre aperto, sic B. Hac igitur erit decima*  
*tertia consonans. Sed omissa est ex semi-vocalibus ᚱ id est*  
*Sol vel S, ᚱ ex mutis Z, siquidem peculiarem habet figu-*  
*ram in Runicis, nempe ᚱ. ᚱ nomen videlicet Knesol. At-*  
*que ita quindecim reperiuntur consonantes Runica, quam-*  
*vis sæpe ᚱ id est Knesol vel Z pro ᚱ id est S usurpatum*  
*deprehendatur.*

P

*Etiam hoc offendit quod pro D ponat autor P, atq; ita*  
*D penitus omiserit: cum diversa sint literæ nomine ᚱ figu-*  
*ra, quamvis interdum valore concurrant, quod in Crymo-*  
*gæa annotaveram. Litera enim Runici Alphabeti ultima*  
*est P Dorn, D verò est 4 Stungin Tyr, id est Tyr vel T*  
*nostrum punctatum scilicet transversim. Est ergo 4 vel*  
*Stungin Tyr decima sexta consonans.*

ᚱ

Irlandi unde  
dicti.

*Inter vocales etiam Y desideratur, quæ est sexta ac*  
*propriam figuram ᚱ nomen nata est videlicet ᚱ, voca-*  
*tur Yr. A qua litera quidam putant Irlandos vocari,*  
*quod in eorum lingua quam aliis sit frequentior. Neq; hu-*  
*jus elementi notatio multum abluat. Yr (vel ᚱ) er ben-*  
*dur bogie, id est Yr signat intensum arcum, quo imprimis*  
*Irlandi utuntur. Essetq; hac vocalis vel potius semi-vocalis*  
*(quia vocalium more non facit syllabam) decima septima*  
*consonans Runica.*

Arngrimus  
quomodo in-  
telligendus?

Sed Arngrimum nostrum non simpliciter de literis  
primævis (quarum figuras si respicias, sedecim saltem in u-  
niversum fuisse, supra ostendimus) verum de iis quæ pro-  
gressu temporis ad alias linguas accommodatæ & notis plu-  
ribus auctæ fuerunt, ut Latinis imprimis responderent, lo-  
qui

qui manifestum est: nos verò antiquissimas potissimum spectamus.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM

*Literarum Danicarum potestas ac valor  
in numeris.*

**Q**UOD literæ Danicæ ab Hebræis defluerint fontib<sup>9</sup> Danica litæ-  
ra ab Hebræ-  
is.  
(ut suo dicitur loco) magno nobis argumento & id est, quod non secus ac Hebræi, numerorū notas alias non habuerint nostrates præter literas. In quo etiam cum Græcis eos ferè cōvenire non mirum, cum ab eodem fonte & hæ emergentes, scaturiginis etiamnum sapiant naturam.

Ac quamvis Romani ad eos aliqua ex parte heic accessisse videantur, dum sex aut septem ex suis elementis, numerorum assignaverint potestatem: attamen nec quò ad ordinem, nec quò ad copiam cum nostratibus sunt conferendi. Romani non  
rectè ad nu-  
meros alias fi-  
guras appli-  
carunt quam  
literarum.  
Quod dudum annotavit Abbas Trithemius, dum lib. 6.

Polygraphiæ in præfatione de eo in hunc modum differit:

*Cum literæ Græcorum & Hebræorum omnes sint numerales, sæpe miratus sum, quod curiosa priscorum Latinitas etiam suas literas numerorum rationi subservire non fecit. Hebræi quarundam duplicitate literarum, notas octo & viginti ad omnem numerum sufficientes instituerunt. Græci verò hunc literarum defectum quatuor appositione characterum, simili providentia sublevarunt. Latinis igitur & in hoc negotio palmam nostrates præripuisse patet.*

Cum etenim Dani Alphabeto sedecim literatum primitus fuerint contenti, omnes ejus notas, eo quem in primario suo officio obtinebant ordine, ad numeros indicandos transtulerunt: Sed ne mancā & mutilam eorum tenerent seriem, auctuarium notarum adjecerunt, quod ad vigesimum usq; excurrit: quo totam numerorum naturam compleri arbitrabantur. Litera Dani-  
ca quomodo  
numerosum  
nota?

Series autem notarum numeros indicantium, non ex ordine literarum, sive Græco, sive Latino; Sed ex Danico Numerorum  
ordo.

& genuino, supra à nobis ostenso, metienda erit. Quem & hic juxta numerorum valorem repetimus.

.I 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19.

Ψ. Π. Ϝ. Ϝ. R. Υ. \* . K. I. A. H. T. B. Γ. Υ. Δ. Γ. Ζ. Φ.

De horum conjunctionibus & ad plures, decimum nonum superantes applicatione in Fastis Danicis uberius disseruimus. Heic fundamentum posuisse, & hunc literarum usum monstrasse suffecerit. Si quis autem an ita res se habeat dubitaverit, eum ad Fastos antiquiores literis nostris compræhensos amandatum volo, in quibus & aureos numeros omnes hosce inveniet, & Dominicales notas ad octavam usq;

Clavi annales Romanorum.

Clavi Volsiniorum.

Quod si jam clavos annales quibus numerorum loco prisca utebantur Romani, ad annorum computationes, cum hisce conferre lubet, rudes planè & præ hisce ineptos pronunciabis. Clavi enim isti, teste Polydoro Virgilio de rerum inventoribus lib. 1. cap. 19: *in parietibus adis Jovis ea parte qua templum erat Minervæ, in singulos annos figebantur, ut per eos numerus annorum colligeretur.* Refert & idem Volsinios clavos numerorum indiccs habuisse, fixos in templo Nortie Hetrusca Deæ. Quorum sive usum, sive commoditatem si respicias, ne in minimis cum nostris numerorum notis sunt conferendi.

## CAPUT DECIMUM NONUM

### De Literarum Danicarum usu

#### Poëtico.

Literarum Runicarum usus in Poësi.

**P**Ræter enumeratos jam & ostensos Literarum Danicarum usus, in vocum efformatione & numerorum significatione, & alium quendam in nullâ aliâ lingvâ conspicuum extitisse constat. Metris enim & Rithmis Poëticis suo quodam modo peculiari applicatæ, & suavitatem, & emphasin & artificium iis præbent singulare. Ubi namq; rem quampiam modulis Poëticis decantabant, cui

cui latentem sensum subesse, ac ænigmaticè aliud quippiam quam id quod prima fronte occurrebat, indicare voluerunt, nudas literas vocum loco posuerunt quæ etiam haud raro integræ sententiæ vices supplebant.

Tentarunt quidem in aliarum lingvarum literis tale quid ingeniosiores; sed successu parum felici, eò quod literarum nominibus significativis in eadem lingvâ destituebantur. Quidam itaq; ut aliquid ejus generis præstarent, ex unâ lingvâ literas sunt mutuati, quibus ex alia significationes assuebant, ut rectè quod cupiebant exprimerent. Quod in hoc factitatum videmus:

*usus hic in aliis lingvis esse nequit.*

Nella  $\Phi \delta \Phi \nu \rho$  la  $\xi$ .

*Nella fidelta finiro la vita.*

Literæ Græcæ, voces Italicae: Sed quàm violenter notæ literarum huc sint pertractæ, quivis videt. Longè felicius in nostrate Literatura res procedit ob causam jam dictam.

Hujus verò artificii cum varia extent præcepta in libro Scaldæ dicto, Poëseos Danicæ vetustissimæ promptuario ingenioso, pluribus ea hoc loco repetere minus necessarium arbitror. Unicum saltem exemplum ex antiquo Legum volumine, in archivis Bibliothecæ Academiæ Regiæ quæ Hafniæ est extante, depromptum produxisse suffecerit. Ex quo & de figuris & de ordine, & de appellationibus & de numero, & de hoc literarum usu documenta desumere licet indubitata. Sic autem repperi:

*Scaldæ qualis liber.*

$\Psi$ .  $\Pi \Gamma \Phi \Delta \Gamma \Psi \text{R} \Lambda \text{M} \text{P} \Lambda \text{R} \Lambda \text{P} \text{I}$ : *Fe veldur frenda Rógi:*

*Carmen literarum nomina & potestates includens.*

$\Psi \Lambda \text{P} \text{H} \Lambda \text{N} \text{P} \Psi \Delta \Gamma \text{I} \text{H} \Psi \Lambda \text{P} \text{I}$ . *Fadist ulfur i Skógi.*

$\text{N}$   $\text{I} \text{R} \Lambda \Psi \text{I} \text{M} \text{N} \text{I} \text{A} \text{R} \text{M}$ : *Ur er af ellu jarvi*

$\Lambda \text{B} \Lambda \text{H} \text{M} \text{H} \text{B} \text{N} \text{R} \text{R} \Lambda \text{M} \Lambda$  *Opt sleipur Rani a*

$\ast \text{I} \text{A} \text{R} \text{M}$ . *hiarni.*

$\text{P}$ .  $\Pi \Gamma \Phi \Delta \Gamma \Psi \text{Y} \text{N} \text{H} \text{M} \Lambda \text{Y} \text{N} \text{H}$  *Duss veldur kvemma*

$\text{T} \text{N}$ : *kvilla.*

$\text{Y} \Lambda \text{H} \text{N} \text{R} \text{N} \text{I} \text{R} \Phi \Delta \Gamma \text{P} \Lambda \text{R}$  *Katur verdur faar*

$\Lambda \Psi \text{I} \text{M} \text{N}$ : *af ellu.*

$\Lambda$ .  $\text{I} \text{R} \Psi \text{M} \text{H} \Lambda \text{R} \Lambda \Psi \text{I} \text{R} \text{P} \Lambda$ : *Oys er flestra ferda*

|                                                              |                                                                      |
|--------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------|
| IK UYAMBUR IR UNIR-<br>FA:                                   | En skalpur er fver-<br>da.                                           |
| R. UNLIFA RAINNY NI-<br>HIA:                                 | Ridbr kvæda roffum-<br>vesta.                                        |
| RUF* IR UNIRMA BRA-<br>FITA.                                 | Raghn er fverdit<br>bradesta.                                        |
| Y. IR BIPPIA VARMA:<br>BAT PIARIR MIAR PAM-<br>NARMA.        | Kaum er beggia barna<br>Ból giörer near fot-<br>varna.               |
| * IR YAMBURIR YAR-<br>MA:<br>YRIUTNR UYAB *IYIK<br>PAMMA.    | Hagl er kaldastur kor-<br>na.<br>Kristur sköp heiminn<br>forna.      |
| K. PIARIR LABBA YAMA:<br>MUTANB. YIMIR I<br>PRAMA.           | Naud giörer nappa kosti<br>Naktam hælur i<br>frosti.                 |
| I. YAMNY BRN BRIFA:<br>BIMBAM AMR MA MI-<br>FA.              | Iis köllum bru breida<br>Blindan tarf at lei-<br>da.                 |
| A. IR PNYMA PARI:<br>FIT IF APA AR NAR<br>PRAR.              | Aar er gumna goodi<br>Get eg adt ör var<br>Frodi.                    |
| H. IR LAMA MNYI:<br>MAI IF AP *IYNY PA-<br>YI.               | Sol er landa liomi<br>Luti eg ad helgum-<br>domi.                    |
| T. IR H*IRNR LIA:<br>ABT NARNR NYIRNR<br>APA VAMA.           | Tyr er einhendur Asa<br>Opt wordur smidur<br>at blasa.               |
| B. IR MANP PRAMA NI-<br>YA:<br>MAVI BAR PMIRPAR<br>AIYA.     | Biarkan er lauf grenst<br>lima.<br>Loki bar flerdar ti-<br>ma.       |
| F. IR AP IR PIMNR<br>NR PIAMI:<br>PAMA IK PNR IRN KAM-<br>N. | Langr er thad er fellur<br>ur fialli:<br>Fost en gul eru nal-<br>li. |

Ψ IR ΨΑΡΠΟΡ ΔΝΥΙ: *Madr er moldur anki:*  
 ΨΙΥΙΡ IR ΨΡΙΙΒ Δ *Mikil er greip a*  
 \*ΔΝΥΙ. *hauki.*  
 Δ IR ΔΡΤΟΡ ΨΡΑΜΤ *Tr er urtur grönst vi-*  
 ΔΙΡΑ: *da.*  
 ΔΔΔ IR ΔΔΡ IR ΒΡΙΜΡ *Vant er thar er bremur*  
 ΔΔ ΔΝΙΡΑ. *at fvida.*

Quamvis impossibile sit alio idiomate horum em-  
 phasin rite exprimere; attamen in gratiam illorum qui in  
 hac nostra Literatura minus sunt versati, rogatus sensum a-  
 liqvatenus exhibere tentabo. Inprimis verò notandum,  
 cujusvis Distichi versum posteriorem, literas non spectare,  
 sed addi saltem ut metri constet mensura & debita conso-  
 nantia, utq; prior firmitus memoriæ mandetur & tenacius  
 hæreat. Deinde præter id quod verba exhibent, recondi-  
 tum quid, in unoquoq; latet versu ad vitam communem  
 spectans, quod accuratius non verba solum, sed & sensum  
 trutinanti sponte se ingerit.

*Carminis  
explicatio.*

Ψ ΔΙΡΠΟΡ. *Opes irritamenta malorum.* Verba  
 ipsa hæc volunt: Divitiæ inter consanguineos lites pari-  
 unt. Litera Ψ *Fie* nominatur, qua voce pecuniam, opes,  
 divitias exprimunt. Sed modernum idioma inter *Fie* &  
*liggende Fie* distingvit. Illud enim pecus quodvis; hoc pe-  
 cuniam, aurum & argentum notat. Indicat verò emble-  
 ma, quod in hæreditate divitum dividenda, lites inter a-  
 micos & summa necessitudine conjunctos crebro excitet  
 auri sacra fames.

*Eie.*

*Liggende fie.*

Ψ ΔΙΡΠΗΔ. *Lupus in silvis nutritur. Silvarum incola*  
*Lupus. Vult quemq; gaudere loco & societate suæ natu-*  
*ræ congrua, unde*

*Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se.*

Δ IR. *Candens ferrum scintillat. Vel: Patientia*  
*læsa fit furor.* Ur vulgò notat omne quod guttatim stil-  
 lat vel scintillat. Hic ferro ignito attributum, non nisi de  
 scintillis intelligi potest. Ignitum enim ferrum dum mal-  
 leis tunditur, exilientibus impurius ejus particulis scin-

*Ur.*

N

tillæ



tillæ emicant. Sensus procul dubio est, eum qui ira effervescit, si irritetur in furorem agi.

Rani.

AB 4. Nive operta ligneis soleis commodissimè calcantur. *Artes solertia monstrat: ast usus nutrit.* Rani

Skier.

Finnorum celeritas.

instrumentum ligneum oblongum est & planum quo pedibus alligato, incredibili celeritate hyeme, montium juga, nivibus rigida, cursu superare solent Boreales. Skier jam vocant. Finnos præ reliquis hac arte excellere innuit Saxo lib. V. ubi eos *pandis trabibus vectos conferta nivibus juga percurrere* ait. Et lib. IX: *Finni lubricorum stipitum celeri allapsu, cursum intendere soliti, arbitraria velocitatis potentia rapiuntur, promptissimamq; propinquitatis vel absentia facultatem obtinere creduntur.* Paulus item Varnefridus de gestis Lombardorum cap. 5. de Scritobinis ut habet Vulcanii editio (Skrikfinnos arbitror) agens: *Saltibus utentes, arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur*, ait. Instrumenta hæcce Nartas vocatas esse ab Alexandro Gvagnini invenio. Sic enim ille in descriptione Permiæ Regionis Moscoviæ: *Pedites in Nartis celeriter per nivem iter conficiunt.* Hæ autem *Narta sunt lignæ quædam & oblongæ soleæ duorum triumve cubitorum longitudine, quibus in pedes inductis baculo oblongo cum cuspidè suffulti, celerrimè feruntur, adeo ut nullo modo equi, quamvis agilissimi cursu insequi possint: Nam equo currenti asperitas nivis, montes, ceteraq; via obstacula, impedimento sunt.* In Nartarum autem instrumentis *currentes colles, truncos, foveasq; facillimè transiliunt, hocq; modo feras omnis generis, apprehendere & capere telis transfigendo solent.* In Ceremissorum descriptione. *Narta sunt lignæ quædam & longæ soleæ longitudinem trium cubitorum adæquantes, in inferiori parte in modum traharum erectæ. Quidam verò hoc instrumentum, ad suæ proportionis staturam in longitudinem conficiunt, quo in utrumq; pedem inducto velocissime feruntur.* Earum exempla in Pinacothecâ meâ, ex Norvegia allata asservo.

P. NINE NR. Spectra fœminis infesta. Tu ne cede malis.

*malis.* FNH spectrum designat, quandoq; *Duergur*, seu Nanos & Pumiliones, quos montium & saxorum concavis claudi credebat vetustas. Quandoq; *Jotum* gigantes & proceritate monstrosa corpora, quæ veri Dei cultu destitutis crebro objiciebantur & non viris cordatis, sed mulierculis & pueris erant terriculamento. Dus.  
Jotum.

YΛANR. In adversis nemo lætatur. *Omnes cum re-  
tè valemus consilia egrotis damus.*

A. IR. In ostiis fluminum iter frequentissimum.

*Tuta frequensq; via est per amici fallere nomen.*

Ut in maris sinibus & fluminum ostiis, ob portus commoditatem frequentissimus est navium receptus, cum tamen ibidem sæpissimè vel à pyratis latitantibus opprimantur, vel in scopulos & promontoria impingant, non sine naufragii periculo: ita in eo vitæ genere, cui se pars maxima addixit, pericula crebriora.

IK. HYAMBHR. Gladius acutus esse solet.

*Nil prodest quod non ledere possit idem.*

R. YNAPA. Equitatio equis ingrata.

*Quisq; suos patimur manes.*

*Optat ephipia bos piger, optat arare caballus.*

*Ridhr* equitationem designat.

RAYK. Inter gladios præstantissimus est Ragn.

*Principibus placuisse viris non ultima laus est.*

De hoc gladio consule Eddam. Veteres namq; non equis modo sed & gladiis nomina imponebant. Sic apud Saxonem lib. II. *Biarco utebatur præstantis acuminis, in-  
usitataq; longitudinis gladio quem LOVI vocabat.* Et Gladii nomi-  
na impone-  
bant veteres. lib. IV. *Erat Regi inusitati acuminis gladius SKREP di-  
ctus, qui quodlibet obstaculi genus, uno ferientis ictu, me-  
dium penetrando diffunderet.* Lib. VII. *Haldanus avitos  
à matre gladios recepit, quorum alter LUSINGUS, al-  
ter HUVTINGUS ob collinati acuminis nitorem,  
vocabulum habuit.* Sic passim alibi. Ut igitur inter omnes gladios RAGN primatum obtinebat & possesso-

ri fuit gratissimus. Ita in quovis rerum genere est quod excellat &

*Pulchrum est digito monstrari ac dici hic est.*

Kaun.

Υ. ΙΡ. Fratibus sors eadem. Κοινὰ τὰ τῶν Φίλων. *Kaun* vulnus, ulcus, vibicem, pruriginem & scabiem indicat, quia facilius inficiuntur qui ejusdem sunt familiae & cognationis. Hic latius pro quovis incommodo capi videtur, quod fratribus commune, cum alter alterius portat onera.

Naar.

ΒΑΡ. Qui inter cadavera versatur, cadaverosum quid spirat. *Naar* cadaver est. Κακοῖς ὀμιλῶν ἢ αὐτὸς ἐκδήσῃ κακός. *Qui picem tangit, inquinabitur ab ea.*

*Integra mala putri si sint conjuncta putrescunt*

*Illico, vicini concipientq; malum.*

Hagl.

\*. ΙΡ. Grando gelidissima frugum.

*Natura sequitur semina quisque sua.*

*Hagel* quæ literæ hujus est appellatio, grandinem designat, & frumentum vocatur, tum ob externam figuram, tum quod, cum cadit, instar seminum spargi videatur.

ΥΡΙΗΑΠΡ. Mundi creator Christus. *Facite est omnia posse Deo.*

Naud.

Κ. ΠΙΑΡΙΡ. Cogit penuria nere. *Naud*, necessitas, penuria. Quasi diceret: Parsimoniam parit necessitas.

ΚΑΥΑΠΗ. Nudus frigore alget. *Pauper ubiq; jacet.*

Ι. ΥΑΠΠΗΨ. Glacies pontium latissimus. ἡ Φύσις ἀπάντων τῶν διδαγμάτων κρᾶλει. *Ingens Natura vis est.*

ΒΠΙΡΗΨ. Ductore indiget cæcus. *Amicus re juvat ubi re opus est.*

Ant.

Α. ΙΡ. Anni proventus ingens:

*Annus in apricis maturat collibus uvas:*

*Annus agit certa lucida signa vice.*

Gumma.

Ααρ annum vel annonam, *Gumma* bona, delicias, proventum designat.

ΥΙΑ. Frotonis liberalitas summa. Videtur Frotonem quartum innuere, quem Saxo lib. VI. ait *ab eximia largi-*

*largitate cognomen mutuatum esse. Adeo namq; libera-  
lis extitit, ut recenti largitatis consuetudine, prisca militiæ  
stipendia duplicaret, opes inpropatulo haberet, ceteros lar-  
giendo præcurreret, omnes humanitatis officiis anteveniret,  
& quod difficillimum est, virtute invidiam vincere con-  
tenderet. Sensus est, ut idem lib. II. Virtus aut præmiis  
pascitur, aut laudibus incitatur. Et Majestatem res da-  
ta dantis habet.*

Frotoni li-  
beralitas.

II. IR. Sol (hoc literæ nomen) lumen terræ.

Sol.

*Aspiciunt oculis superi mortalia justis.*

III. Sacra religiosè tractanda. Procul este pro-  
fani. Luti id est veneror, cernuus adoro, reverenter  
habeo.

IV. Tyr inter Asianos unimanus. De hoc Ido-  
lo consulendus Edda. Fingunt namq; hunc Tyrum ex iis  
fuisse qui Diis erant proximi, atq; ex Asia unà cum Othi-  
no huc delati. Sed ab insolitæ magnitudinis lupo quem  
vincere aggressus est manuum altera mulctatus, semper  
dictus unimanus. Hinc nihil ex omni parte beatum.

Tyr.

V. Fabro sæpe flandum. Dii mortalibus omnia  
sudore vendunt. Labor omnia vincit improbus.

VI. Betula arborum viridissima: inter primas  
namq; foliorum viriditate luxuriare solet. B. Biarkan  
veteres dixere, nos Birk, Latini Betulam. Juvenilibus  
annis luxuriant animi.

Biarkan.

VII. Lochonis vafrities summa. Et hic Edda con-  
sulendus. Videtur innuere: Malum consilium consultori  
pessimum.

Locho.

VIII. Liquor sponte è præruptis ruit.

*Ruit inconsulta Juventus*

*Si careat frenis in vitii omne genus.*

IX. Aurum peculium pretiosum. Quid non mor-  
talia pectora cogis, auri sacra fames?

X. Homo pulveris augmentum. Madur ho-  
minem aut virum designat. Pulvis & umbra sumus.

Madr.

XI. Griphus major accipit. Cede majori.

rr.

A. IR. Arcus tam hyeme quam æstate flexilis.

*Cereus in vitium flecti.*

ΠΑΚΑ. Igne adustus dolere solet. Ubi morbus

*ibi dolor.*

## CAPUT VIGESIMUM

*De Literarum Danicarum inventoribus.*Ulphilas an  
autor litera-  
rum Runica-  
rum.

Vuffidas.

Ulphilas.

Gulfilas.

Quicumq; exterorum de literis Gothicis seu Danicis hæctenus memoriæ aliquid prodiderunt, in eo maxima ex parte consentire videntur, quod Ulphilam Gothorum in Moesia Episcopum eas excogitasse referant. Socrates quidem Hist. Ecclesiast. lib. 4. cap. 34 idem asserit, ac inter primos id proponit, ut & Hist. Tripart. l. 8. cap. 13. Nicephor. l. II. cap. 48. Sigeb. Gembl. de Script. Eccles. cap. 8. Angelus Rocha Bibl. Vat. pag. 152. Hisce adstipulantur Jornandes & Ricobaldus Ferrariensis in Chronico. Gotfridus Viterbiensis in Chronic. parte 16. ad annum CCCLXXIII. Hoc ipsum docet Alexander Sardius de rerum invent. lib. 1. qui eum non Ulphilam sed Vuffidam nominat, nisi mendum in Argentoratensi codice quis esse existimaverit. Ab his nequaquam dissentire videtur Albertus Crantzius, qui lib. 2. Sveciæ cap. 26. hæc de eo habet: *Wisigothi non tam Christiani quam Arriani per Episcopum gentis suæ Ulphilam, Ostrogothas & Gepidas congenitales suos, fermento quod acceperant corruerunt. Nam is erat Gothorum Apostolus, si non Antichristus, qui Gothicas literas adinvenit, qui divinarum literarum sacratissimum thesaurum, in Gothicam linguam transfudit, immixto quod imbiberat veneno.* Sic & Otto Episcopus Frisingensis Chron. l. 4. cap. 16. *Gulfilas Gothorum Episcopus, inquit, literas tunc Gothicas invenit, in quas cum divinas scripturas vertisset, ac in regno Athalarici predicare cepisset, Athalaricus eo quod paganus esset multos ex iis supplicis affecit.* Hisce subscribunt antiqui versus Trochaici, qui de variarum literarum inventoribus circumferuntur in hunc modum:

*Moyfes*

*Moyſes Hebræis primus exaravit literas;  
Mente, Phœnices, ſagaci condiderunt Atticas;  
Quas Latinis ſcriptitamus edidit Niçoſtrata;  
Abraham Syras & idem repperit Chaldaicas.  
Iſis arte non minore protulit Ægyptias.  
Gulphilas promſit Getarum quas videmus ultimas.*

*Literarum  
inventores.*

Trithemius quendam Gordanis nomine eas inveniffe refert. Sic enim ille ſub initium libri 6. Polygraphiæ: *Gordanis Præſul Gothorum literas genti proprias dedit.* Sed quis, qualis, aut quo tempore hic Gordanis vixerit, non addit, niſi forte hunc eundem eſſe cum Ulphila ex eo ſuſpicari liceat, quod Gothorum eum vocet prælulem: vel Jordanem intelligat, quem ipſe alibi etiam Jordanum vocat, & claruit (attestante eodem in Scriptoribus Eccleſiaſticis) Anno Domini, DXXX, ſub imperatore Juſtiniano: Is enim ex Monacho etiam factus eſt Gothorum Epicoſopus. Trithemio ſubſcribit Cornelius Agrippa de vanitate ſcientiarum cap. 2 teſte Voſſio de arte Grammatica, cap. IX, quamvis in Lugdunenſi exemplari anno MDC. impreſſo *CARDANUS*, ſed vitioſe, ut puto, legatur. Sic enim habet: *Nam Gotthis Cardanus Epicoſopus literas dedit &c.*

*Gordanus.*

*Jornandes  
Jordanus dictus.*

*Quando vixerit.*

Hæ autem opiniones, præſertim prior, quamvis hætenus tritæ & à plerisque receptæ ſint, & approbatæ: attamen falſitatis eas arguunt infinita in his oris extantia, & hiſce literis exarata Heroum Danicorum monumenta, quæ ante veri Dei cultum erecta & poſita, tum inſcriptiones, tum picturarum figuræ oſtendunt. Ulphilam vero hunc ſub valente Imperatore circa annum Chriſti CCCLXXX. vixiſſe ſupra oſtendimus, (vel ut quidam volunt CCCLXX.) poſt eum verò Jornandes annis ducentis quinquaginta. Si verò quis nulla ex iis quæ heic extant procerum Danicorum buſta, Runicis inſcriptionibus decora, ante hæc tempora exſtructa fuiſſe aſſerat, refragantem ſibi inveniet, univerſum hiftoriarum & antiquitatum Danicarum conſenſum: eoſque erroris convicet vel unica rupes Haraldiana de qua poſtea.

*Ulphilas aut  
Jornandes  
non invenerunt literas  
Runicas.*

*Ulphilas quando vixit.*

Ne-

*Literæ Runi-  
cæ ante dilu-  
vium non ex-  
cogitata.*

*Olaus Ma-  
gnus hyperbo-  
leni fratri mo-  
deste corrigit.*

*Fabulosum  
hoc putat Ma-  
lincrot.*

*Salicæ opi-  
nio explosa.*

Nequaquam verò eo adduci me patiar, ut cum Johanne Magno lib. 7. cap. 1. asseram; *eximia magnitudinis Saxa veterum bustis ac specubus apud Gothos affixa, literarum formis insculpta persuadere posse, quod ante diluvium universale vel paulo post, gigantea virtute ibi erecta sint.* Id enim astruere nec ulla cogit necessitas, nec permittit veritas. Abundè enim ex sacris literis edocti sumus tum temporis in tam varias gentes & lingvas nondum dissipatum & distractum fuisse genus humanum: multò minus literarum commercia aut varietates vigere potuisse. Agnovit hoc frater Olaus, quocirca hanc hyperbolem mitigare summo studio conatus est, dum omissa hac clausula, de eo lib. 1. cap. 36. in hunc modum ipsis fermè ejus verbis disse- rit: *Ab antiquissimo tempore cum essent gigantes in Septentrionalibus terris, hoc est, longe ante inventas literas Latinas & antequam Carnèta ex Gracia ad hostia Tyberis & Romanum solum cum Evandro perveniret, expulsisq; Aboriginibus gentem illam rudem ac plane sylvestrem mores & literas docerent, habuerunt aquilonaria regna suas literas, &c.* Tolerabilius forsan, rem accuratius peniculanti hoc videbitur.

At & hoc fabulosum censet Bernhardus à Malincrot de Nat. & usu Lit. cap. 3. sic inqviens: *Dubitari non potest prorsus fabulosa esse, quæ Johannes & Olaus cognomento Magni, Svecicarum rerum scriptores tradunt, fuisse dudum ante inventas Latinas Literas Aquilonensibus populis usurpatas literas, non multum Arabicis, uti Hugo ait absimiles.*

Explosa dudum est opinio Salicæ Episcopi Toletani, qui Alphabetum nostrum primum fuisse existimabat omnium, adeoq; in mundi primordio Adamo traditum. Sic enim contra eum disputat F. Ludovicus Portugalensis lib. 1. cap. 1. Globi Canonum & secretorum lingvæ sanctæ & scripturæ divinæ: *Unde jam manifestè apparet lapsum fuisse reverendissimum Dominum Salicæ Archiepiscopum Toletæ, dum existimavit Alphabetum literarum Gothi-*  
*carum*

carum fuisse primum Alphabetum & primos characteres primoparenti datos: cui minime suffragatur autoritas Divi Hieronymi sub caput 9 Ezechiel. dicentis in antiquis libris Samaritanorum Tau crucis habere similitudinem, cum Divus Hieronymus minime loquatur de litera T Gothica sed olim Hebræa, quæ quidem signum & Christi crucem repræsentat.

Sed placet iudicium Bonaventuræ Vulcanii dum inquit: Ego verò pace horum autorum Geticarum literarum usum apud Getas longè antè Gulphila tempora viguisse existimaverim; Sed per Gulphilam Romanis primum innotuisse, quippe qui in linguam Gothicam Biblia sacra converterit, cuius exemplar M. S. idq; vetustissimum Gothicis literis majoribus scriptum, in aliqua Germania Bibliotheca delitescere audio. Quid verò in hac literaturâ à Gulphila præstitum supra monuimus. Notis enim quibusdam priscum sedecim literarum Alphabetum auxit, ut Latinæ aliisq; lingvis describendis commodius inserviret. Locupletatum igitur ab eo Alphabetum Danicum fatemur, sed non inventum. Quia verò exteris incognita & antea non visa hæc elementa communicavit, iisq; libros quosdam sacros primus transcripsit, ab ignaris rerum aqvilonarium, inventionis laus ei falso attributa est.

Bon. Vulcanii  
sententia de  
inventioneliterarum  
Runicarum.

Ulphila quid  
in literaturâ  
Runica præ-  
stitit.

A qua sententia non plane abhorreere video clarissimum Theodorum Zvingerum Theat. human. vol. 4. lib. 1. Gulphila, inquit, sive Ulphilas Gothorum Episcopus Theophili successor, primum orthodoxus, mox sub Valente Arianus, nontam invenit Gothicas literas (ut Socrates l. 4. c. 33. opinatur, & multis ante sæculis Gothos habuisse testatur Johannes Magnus) quam iis primum in sacris literis interpretandis usus est, & propterea earum inventor extitisse videatur. Sic & Gerardus Volsius, de arte Grammatica lib. 1. cap. IX, ubi ita differit: Lubens quidem illud dedero, quod Ulphilas Gothicas dicitur literas invenisse, id ex eo profectum videri, quod antequam ille Biblia in Gothicam linguam transtulisset, paucis ex ea gente literæ essent cognitæ,



ac propterea nec habere illas, nationibus aliis crederentur.

Genebrardi  
de Germano-  
rum literis o-  
pinio.

Germani an  
litteras habue-  
rint ante tē-  
pora Caroli  
Magni.

Quod si verum illud (de quo tamen non immeritò dubitaverint vel leviter historiis tincti) quod de Germanis refert Gilbertus Genebrardus in Speculo universæ historiæ, longe ante eos, literarum cultura excelluisse nostrates manifestum est. De iis enim ad annum mundi 3791, & V. C. 428. hæc memoriæ prodere non veretur: *Disciplinarum capaces cum non essent Germani ab octingentis annis duntaxat, id est à Carolo Magno, ut ipsimet affirmant, suam linguam literis ceperunt exscribere, & cum Christiana religione Musas excipere, ut non sit quærendum, quibus hoc tempore tum ibi literis uterentur. Literarum secreta (inquit Tacitus) viri & fœminæ pariter illic ignorant. Hæc ille, quibus Germanos ante tempora Caroli Magni literis caruisse, nihilq; scriptis aut stylo exarasse adstruere conatur.*

Æneas Sylvius ad annum Christi millesimum vel paulò amplius Germanos literas accepisse putat, quod tamen generatim sustineri non posse existimat Bernhardus à Malincrot tractatu de literis cap. 3: *de paucis enim tantum circa ea tempora ad fidem conversis, idq; trans Rhenum ac Danubium potius, quam in magna ut olim dicta fuit Germania intelligendum hoc esse autumat. Linguam autem Germanicam primam scribi ceptam esse tempore Friderici II. testatur Aventinus in Annal-Bojor. Quidam sub Rudolpho primo Austriaco diplomata ac publica acta reliqua vernacula primum lingua scribi cepisse, asserunt.*

Marcus Vellserus Rerum Aug. Vindelic. lib. 3. statuit Germanos temporibus Caroli Magni primum cogitationes de Literarum studiis suscepisse, rudes quamvis & incompositas. *Nam multa ab eo seculo falsa veris intermixta, turbido quodammodo alveo ad nos fluxerunt.*

Monumenta  
in Dania 600  
annis ante C.  
M. exarata

Nostra verò dum excutimus monumenta, oculis adhuc obvia, iisq; relictis, de quorum ætate dubitari possit, ob nimiam vetustatem: Si certa & fidei indubitata sequamur; occurrunt haud pauca quæ sexcentis fermè annis an-

te Caroli magni tempora, literis patriis, hoc est, Runicis sunt exarata.

Inter reliqua emicat rupes Haraldiana in Blekingiâ, cui majorum suorum res gestas inscribi curavit Hyldetandus ille fortissimus, qui deletis regulis, Danicum imperium integritati restituit. Hujus autem rupis fabricam in hunc modum delineat Saxo noster, in nobilissimi operis præfatione pag. 3: *Apud Blekingiam apta meantibus rupes mirandis literarum notis interstincta conspicitur. Siquidem à meridiano mari in deserta Verendia petrosa porrigitur semita, quam binæ lineæ exiguo discretæ spatio, protractis in longum ductibus amplectuntur. Inter quas medium loco planum factis ad legendum figuris undiq; secus exaratum ostenditur. Quod licet adeo situ inaequale existat, ut modo montium alta proscindat, modo vallium ima prætereat, eodem tamen tenore, literarum vestigia servare dignoscitur.*

Vixit vero hic Haraldus II. Hyldetand dictus, temporibus Gallieni Imperatoris, circa annum Domini CCLXX. attestantibus id annalibus gentis nostræ indubitatis. Sed longè ante viguisse apud nos, literas nostras dubium non est, cum Pœsis mox à nativitate Christi, tanto in pretio hic exiterit, ut ea regnum lucratus fuerit Hiarnus. De quo consule Saxonis librum sextum. Ut de antiquioribus à Saxone mox in operis limine adductis, jam nihil dicam.

Quis igitur primus ille fuerit, qui gentem nostram hinc beaverit literis etsi ob librorum & voluminum penuriam, cautium quoq; Saxonumq; quibus res memoria dignas mandabant majores nostri, de vastationem, colligere non usq; adeò sit in proclivi: suspicor tamen Adelfrunam quandam (mas fuerit vel foemina, perinde est) in Asiâ, ante migrationem in Europam, ex Hebræis maximâ ex parte eas collegisse, ac una cum gente huc detulisse. Præsertim cum originationis, ut mox dicetur, vestigia adsint manifestissima, & nomen iis impositum de autore testari videatur.

Odino etiam & aliis qui ex Asiâ huc devenere tribuunt multum, antiquitatū Islandicarum periti, unde & Odinus Run-

*Haraldus Hyldetand quando vixerit.*

*Pœsis in Dania viguit mox à tempore nati Christi.*

*Autor Literarum Runicarum cur ignoretur.*

*Runica literæ ex Hebræis desumptæ.*

*Odinus autor Runarum.*

Fimbul.

hofdi seu Runarum autor vocatur Sed quantum ex antiquissimis colligere licet documentis nostris, quendam FIMBUL nomine (quem alii FIMBULTYR, alii FIMBULHULUR vocant) fuisse memorat Edda Sæmundi, cui Runarum ex parte tribuitur inventio. Ortum quidem Diis tribuere videtur, propagationem Fimbulo, sculpturam Odino. Sic namq; habet Versus:

RNNAA YNNAN YNNAA AF RARAA HAAPI.  
 YIAF HAAARA HAAPI, YIAF HAAIA HAAPI,  
 BIA HAY FIARFN PIARRHPIK  
 AF PARI PIYBNT-ÞNNAA  
 AY RHHT \*RABANAA RARAA.

*Runas ne scis & resolutos characteres  
 Prægrandes characteres, prævalidos characteres  
 Quos formarunt Deastri,  
 Et Fimbul senex illuminavit,  
 Ac incidit Odinus.*

Hujus quoq; fit mentio in Voluspa, Strophæ 51. ubi consilium Deorum variis de rebus habitum proponitur:

AF A PIYBNTMII PARRAA RNNAA.  
*Et de Fimbultyri vetustis Runis.*

Huic igitur Runarum si non inventionem, propagationem tamen attribuisse videntur veteres.

*Femine olim  
 virorum ob-  
 bant munera.*

*Literæ pun-  
 ctatæ à Rege  
 Woldemaro  
 inventæ.*

Nec absurdum adeò foeminas in hujus laudis participationem venire, cum Nicostratæ quid tribuant Romani sit in propatulo; & à literario non minus quam bellicò exercitio, hunc sexum, in his oris, olim nequaquam exclusum fuisse, tum Alrunarum tum Amazonum, etiam ab exteris consignari docent ausus, cuius notissimi. De punctatis & recentioribus diximus capite undecimo; eas scilicet constanti Islandorum assertione, à Woldemaro secundo Daniæ Rege victorioso excogitatas, unde etiamnum Woldemarianæ Runæ à peritis vocari solent.

## CAP. VIGESIMUM PRIMUM.

*De origine Literarum Danicarum.*

**U**T gentes omnino omnes ab Hebræis ortum traxere, ita & lingvæ ac literæ, quæ antiquitatem aliquam præ se ferunt: Ex iis enim qui literis omnium primò aliquid mandarunt fuere liberi Seth, qui teste Josepho Antiquit. Judaic. lib. I. in duabus columnis disciplinam rerum cœlestium à se inventam conscripserunt literis omnium antiquissimis, Hebraicis videlicet. Ex hisce vetustiores omnes ortas, ac inversione, apicum additione aut detractio, propagatas esse, quivis scrupulosior ejus rei examinatore de facili videt. Ac nostras quidem (quod ad earum antiquitatem probandam haud parùm facit) ex hoc fonte manasse ostendunt ductus adhuc in quam plurimis parum admodum ab Hebræis discrepantes. Ut rationem non planè nullam habere videantur, qui hasce literas ex Hebræis formatas, una cum gente nostrâ, ex Asiâ huc delatas arbitrantur.

*Ab Hebræis  
lingvæ reli-  
quæ fluxere.*

*Literis quinã  
primò sint usi.*

*Runica litera  
ex Hebræis  
ortæ.*

Quicumq; autem ortus vestigia observare gestit unâ eum attendere oportet, in eo cum Græcis, & Latinis nostrates facere, quod à sinistris in dextram progrediendo literas pingant, nequaquam verò vice versa. Hinc qui Hebræorum notas cum nostris in omnibus conferre cupit, in quibusdam dextrum sinistram reddere debet, ut convenientia fiat evidentior. Nos clarissima saltem persequemur. A nostrum nil aliud est quam Aleph truncatum: ablata namq; columnâ dextrâ, & reliquo paululum erecto, A nostrum emergit. Imò multis in locis non pendulum sed inclinatum pingitur, ut videre licet tabula prima, secunda & tertia.

*Collatio Runicarum cum  
Hebræis quomodo instituenda.*

B quamvis cum Græco & Latino planè conveniat; at tamen & Hebræum ב Beth ejus aliquot præbet ductus. Si enim rectam cum transversâ illius ventrem spectante ad jeceris hoc pacto ב B nostrum habebis. Quinimo ubi for-

O 3

tius

tius sonare debet ac P repræsentare, ei punctum seu Dages inferunt, non secus ac Hebræi, ut mox dicetur.

P Planè est inversum א Gimel. Hoc autem hic quod & in reliquis studiosè observandum, quod majores nostri, simplicitati cum primis studentes, ex lineis rectis & simplicibus, nullis hamis aut appendicibus onustis, potius suos literarum confecerint Characteres, quam vel ex tremulis, aut inæqualitate ductuum sibi dissimilibus.

P non minus cum Hebræo quadrat quam cum Latino D. Si enim ad ך Dalet columnulam apposueris, & angulum paulo obtusiolem reddideris, res erit expedita. Dageffatur quoq; à nostratibus ut fortius sonet.

ן quod quandoq; & sic scribitur ך planè Hebræum est, columna sinistra à quibusdam adjicitur, tum ut ab Hebræo distingvatur, tum ut ornatum ei concilient majorem.

I est י Jod prolongatum.

Quemadmodum Hebræi literali notâ destituuntur, quâ exprimant vocalem E, ita & Dani antiqui: sed ut punctis quibusdam illi hanc literam exhibent, ita & nostrates puncto scilicet imposito literæ I. Verum observanda hic venit insignis harmonia inter priscum Hebræorum Jod & nostrum. Antepunctorum inventionem, Hebræi tres habuerunt Characteres vocalium Aleph Jod & Vau, quibus ita utebantur, ut Jod modo E modo J, Vav vel O vel V valeret, teste Vossio lib. 1. de arte Gram. cap. 31. & Malinerot de Nat. Lit. cap. 5. Sic nostrates per figuram I modo E modo I expresserunt, ut in quamplurimis saxis vetustioribus adhuc videre licet. Recentiores autem ut inter notas duarum harum distinctarum vocalium manifestius discrimen facerent I literam puncto insigniverunt, ut E distincti⁹ exprimeret. Atq; hujus quidem inventi autorem agnoscunt Woldemarum II Daniæ Regem, ut supra docuim⁹.

Y etiam non ineptè à ך deducitur capitali curvâ directâ & extensâ.

Y inversum est י Lameck, extensa curva.

Quod

Quod nostrates ex B fecerunt B ventre punctato, hoc totum Hebræis acceptum ferunt, qui pari modo ex ב Beth, addito Dages seu puncto, פ Pe fecerunt, illustri originationis argumento.

R planè Hebræum est ר Resch, modo perpendicularem præfixeris lineam.

Longius petita hic proponere non lubet, cum quivis in hac Philologiæ parte curiosior Criticus, sine ullo negotio plura reperire queat hujus generis, quibus animum oblectare, & mirandam Dei Opt. Maximi in hac literarum propagatione & derivatione, providentiam admirari & deprædicare valeat.

Hermannus Hugo de prima scribendi origine cap. 3. Runica litera ex Syriacis orta.  
 Nostras hæc ex Syriacis ortas arbitratur, de antiquissimis ita differens: *Videntur primæ literæ esse Hebraica, his proxime natæ Chaldaica, quæ vix extant: deinde Assyria seu Babylonica seu Syriacæ, seu Arameæ: Et post pauca: Iterum ex Syriacis sunt Arabica, quibus hodieq; utuntur Turcæ, Tartari & Saraceni, auctore Volaterrano lib. 33. cap. II. Ex Syriacis Samaritana, item, quæ ad eas propius quam ad Arabicas accedunt. Et fortè ex iisdem Gothica non multum his absimiles, quas Johannes & Olaus Magni Archiepiscopi Upsalenses ambo, ajunt diu ante Latinas literas inventas, fuisse Aquilonaribus usurpatas.*

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

### *Danicarum cum Græcis & Latinis literis Harmonia.*

**H**ujus originis cum etiam Græcæ & Latinæ sint literæ, imo reliquæ famosiores omnes; non mirum & nostras cum iis cognationem quandam habere. Quam hic etiam adumbrare forsan nec inutile, nec à scopo alienum erit. Quod ut commodius præstemus, unâ Litera Græcæ & Latine nil discrepât. eademq; operâ specimen Harmoniæ elementorum Danicorum cum Græcis & Latinis ostendere aggrediemur, eo quod

quod Græca à Latinis parum discrepent (de majusculis enim dictis, quæ veræ & genuinæ sunt loquor) imò antiquitus eadem fuerint. Quod ita probare nititur Polydorus Virgilius de rerum inventoribus lib. 1. cap. 6. *Græcas, inquit, veteres literas fuisse easdem penè quæ nunc Latine sunt, indicio est Delphica tabula ænea, quæ Romæ in palatio Minervæ dicata in Bibliothecâ conspiciebatur, Plinii (ut ipse testatur) temporibus. In Latium eas teste Plinio & Solino, intulere Pelasgi. Quidam volunt Nicostratam Evandri Arcadis matrem Latinis primum dedisse, &c.*

*Salmasii de  
Runis opinio.*

Cl. Salmasius in Plinianis exercitationibus eousq; per- venit, ut asserere non audeat Latinos omnium literarum nomina & formas è Græcis expressisse, dimidiatas eastantum in pronunciando, efferentes. Ausonius

*Dimidium Beta monosyllabum Italicum Be.*

Quod & in aliis, non tantum literis sed & vocibus fecerunt: ut ἀπὸ ab ὑπὸ sub &c. Idem Commentario de lingua Hellenistica cap. 2. p. 382 eo inclinare videtur, ut literas has nostras à Græcis Constantinopolitanis tractas putet. Sic enim inquit: *Licet à Græcis Constantinopolitanis qui Ρωμαῖοι propriè appellabantur, Runicas dictas opinemur. Arabes quoq; appellabant Runi & Rumi Romanus. Sic Runicas pro Runicis literas suas antiquas Dani appellarunt ex Græcis illis expressas. Nec major eorum antiquitas.*

*Runica litera  
cum Græcis  
conveniunt.*

Nostras verò literas cum Græcis magnam affinitatem habere dudum vidit Bonaventura Vulcanius, qui ejus quoque causam reddere conatus est in præfatione tractatus de literis & lingvâ Gothorum, in hunc modum: *Literæ pleræq; Gothorum (ita nostræ ab eo appellabantur) cum Græcorum literis conveniunt, cum quibus & lingvâ mistam habuerunt. Quod nimirum in Moësia maritima consederunt Geta, ubi & Græcorum Colonia. Adducit quoq; in ejus rei testimonium Poëtarum decus Ovidium, qui apud Getas multos in exilio vixit annos, lingvâ eorum ita calluit,*

calluit, ut Geticè etiam locutus fuerit; quod de se ipso haud  
obscurè his testatur:

*Hic quoq; sunt urbes Graja (quis credere posset)  
Inter inhumana nomina Barbariae.*

*Huc quoq; Mileto missi venere coloni:  
Inq; Getis Grajas constituere domos.*

Ovidius lin-  
guam Geti-  
cam calluit.

Et alibi:

*Gracaq; cum Getico mista loquela sono est.*

Hinc in eam Beda & Trithemius quibusdam descende-  
re videntur sententiam, ut nostras à Græcis ortas existima-  
verint literas. Sic enim Trithemius de Alphabeto & mo-  
do scribendi Normannorum Polygraphiæ lib. 6: *Normanni cum Dacis Asiaticis de Insulis Scandianis, quæ nunc  
Gothicæ vocantur quondam egressi, Galliam annis plus quam  
quadraginta pervagantes, gravissimè devastarunt. Qui  
ut rebus suis consulerent arcanis, Beda Anglico testante  
Monacho, novum & pulchrum scribendi modum ex Græ-  
corum literis talem invenerunt.*

Græcorum namq; numeros ad quatuor & viginti, li-  
teris decem comprehensos Latinorum characteribus adapta-  
runt, & sub schemate alieno nostras literas prudenter ab-  
sconderunt. Sed non de hisce de quibus hic sermo est; ve-  
rum aliis secretioribus autorem loqui manifestum est. At-  
tamen vetustiores multò Græcis has nostras esse non pau-  
ca sunt quæ probant. Verum quia ab eodem fonte cum  
Græcis & Latinis fluxerunt, non mirum quod cum iis ma-  
gnam affinitatem obtineant, ac verum sit illud quod asse-  
rit Commentarius in Alphabetum Gothicum à B. Vulca-  
nio editus, dum sic inquit: *Præsens litera partim Ebrais-  
sat, partim Græcisat, interdum Latinisat, quædam pecu-  
liaria habet.* Quibus calculum suum addit Joannes Sel-  
den in Jano Anglico pag. 19. sic inqviens: *Accipias inte-  
rim vetustissimos illos Gothicos & minus affabrè factos,  
quos B. Vulcanius Brugensis nuper cum Anonymi commen-  
tariolo edidit characteres, Grajorum præ se ferre multum  
(ut & Ruthenicos hodie) speciminis.*

Runica literæ  
Græcis anti-  
quiores.

Cur literæ  
Runica cum  
Græcis conve-  
niant.

P

Quod



Quod ut manifestius evadat, particularius aliquantò singulas examinabimus.

*Digamma L.*  
*Æolicum L.* Ψ Purum putum videtur Digamma Æolicum, lineis transversalibus rectis in obliquas commutatis.

Quinimò in Alphabeto Gethico à Bonav. Vulcanio in lucem emisso, non obliquis, sed rectis transversis depictum extat, hoc pacto Ψ: unde & commentator: *Nequaquam dubium esse ait quin majores capitale F Gethico more scripserint Ψ, quod ad Digamma Æolicum vergit.*

Π inverſi U figuram ostendit, eandemq; ferè potestatem obtinet. Licet ab Hebræorum ׀ Vav non nisi unius columnæ additione discrepare supra ostenderimus, unde etiam originem traxit. In hujus literæ fabrica ipsis Latinis & Græcis prudentiores extitisse Danos ostendit commentarius de lingvâ Gothicâ à Vulcanio editus, loco supra à nobis allegato.

Ρ affinitatem cum Græco videtur habere nullam, nisi angulum unum trianguli ad semicirculum reduxeris: Sed Latinum D, cujus etiam obtinet potestatem, quam proximè ad ejus figuram accedit. Quinimò in quibusdam monumentis, ita exaratum nostrum cernitur ut ferè à Latino nil discrepet.

Δ peculiare quid obtinent nostrates præ reliquis. Græci enim & Latini ad oris conformationem in prolatione respexisse videntur, quod & innuit Scaliger de causis L. L. lib. 1. cap. 10. dum inquit: *O suis sibi à natalibus usq; figuram attulit expressa pictaq; oris rotunditate.* Nostrates verò ad potestatem & valorem animum convertentes ex duplici Δ illud potius constare voluerunt. Ex formâ ipsa commodius multò figuram mutuantes, quam ex unius organi prolationi dicati accidentali conformatione. Ut non dicam rectas & obliquas commodius se sculpturæ accommodare, quam curvas aut circulares.

R Ex nostro R tam Græci quam Latini suum desumpsisse videntur, illi quidem fulcrum adimendo: hi verò figuram integram retinendo, sed ventris angulum paululum incurvando.

Lineam quam nostro R ademerunt Græci, ut suum P efformarent,  $\Psi$  adjecerunt; ut commodius ex eo suum formarent K, remanentibus vestigiis clarissimis.

$\Psi$

Ex nostro \* ademptâ perpendiculari suum  $\chi$  Chi Græci fabricarunt, non famosiorem sed adventitiam potestatem retinendô, \* enim nostrum quamvis ordinariè H notet, attamen quandoq; & CH.

\*

K Tam Græci quam Latini dextram adjecerunt columnam, atq; ita N efformarunt potestatis ejusdem.

K

I Figura & potestate planè respondet.

I

A Manifestissîma retinet vestigia derivationis ab Aleph Hebræorum; ex hoc etiam Alpha & A Latinorum emergit si jugo seu lineâ transversâ, devaricata in medio jungantur crura. Ductus enim alter paululum extensus neminem turbare potest. Quinimo in Alphabeto Græco quod Cyrillo adscribunt, prima litera quæ Alpha repræsentare debet & Hac dicitur planè ut nostrum Aar pingitur in hunc modum A.

A

H Inclinatam Græcorum præbet  $\Sigma$  si ei basis addatur. Nec Latinorum S ab eo discrepat, nisi in eo quod ex angulis acutis obtusos fecerint, quod iis etiam in aliis familiare, ut supra ostensum. In Æolicarum literarum censu nota quæ G exprimit ductibus planè cum nostro H convenit, ut & in Ilirico Sclavorum, Cithno seu C.

H

Nec à T nostro abhorrent figuræ Græca & Latina; nisi quod loco cuspidis rectam illi ponant transversalem, quod neminem jure ullo turbare potest. Hetruscum figura etiam planè convenit.

T

B planissimè in suos transtulerunt usus.

B

In P ductum dextrum prolongarunt Græci; Latini v. totam figuram inverterunt, diducto angulo.

P

$\Psi$  inversum amputata columnæ parte eminente, à Græcorum & Latinorum M non usq; adeò abhorret. Quinimo si columna Lunulam secans ad sinistram incurvata trahatur, ac dextro cornu crus adjiciatur, minusculum Græcorum  $\mu$  egregiè repræsentabit. Si ventri inclu-

$\Psi$

sus apex adimatur, Y præbet, nec multum abludivit ab eâ figurâ, qua Ægyptii F exprimunt & Æoles E.

Runicæ literæ  
quære cum  
Latinis con-  
grunt.

Ex his facili negotio quivis collegerit primævas Danorum literas, cum Græcis summam habere affinitatem: plures enim hisce jam enumeratis, majoribus nostris in usu non fuisse primitus, supra ostensum. Latinas eatenus respiciunt, quatenus illæ Græcas. Quædam enim earum adhuc planè sunt Græcæ, ut B, M, T, Z; quædam in valde paucis discrepant, de quibus eruditè differentem lege Scalligerum de caus. L. L. lib. i. cap. 40. Quin tanta omnino sit cum Græcis Danicarum literarum affinitas, ut de originis & antiquitatis prærogativâ certare videantur neminem dubitare posse arbitror. Imo non desunt qui hisce aliisq; ducti argumentis palam profiteri non verentur Græcos suam ex nostris, nostraq; lingua habere originem, imo & literas & Philosophiam, atq; hinc esse quod eorum vocabula cum nostris etiamnum consonent. Vide Adrianum Sckreikium monitorum secund. lib. 4. & hinc est quod ex Josepho contra Apianum doceat, Græcos serò & vix naturam potuisse agnoscere literarum, antiquissimum earum usum habuisse à Phœnicibus, & gloriari eas à Cadmo se didicisse, bello Trojano eas nullas habuisse.

Hinc liqvet hallucinari Theodorum Bibliandrum, dum de ratione communi omnium lingvarum pag. 17. ait: *A Latinis mutuo acceptas esse Gothicas literas arguerè ordinem literarum & nomina & figuras.* Sed nec ordinem eundem, nec nomina, nec figuras easdem fuisse jam abunde demonstratum.

### CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

#### *De Literarum Runicarum jugationibus Abbreviaturis dictis.*

Literæ com-  
positæ Dano-  
rum.

**Q**uia hætenus ea quæ de Literarum Runicarum figuris simplicibus dicenda occurrebant perstrinximus; nequaquam ea prætermittenda videntur, quæ  
cas-

easdem concernunt, quatenus compositionem admittunt, ac unâ figurâ compositâ plures potestates compræhendunt, ad syllabas hoc pacto quam proximè accedentes.

Harum autem duo occurrunt genera: unum quod vulgò Abbreviaturam vocant, alterum quod diphthongum, quæ quidem figuras si respicias, in Runicâ Literaturâ nihil differunt; sed potestas & usus discrimen constituit. Æquè enim hæ atq; illæ ex duabus figuris conflantur; Sed Diphthongi ex solis vocalibus; abbreviaturæ verò etiam, tam vocali & consonante, quam duabus consonantibus in unum conglutinatis constant. Illæ ob soni suavitatem & elegantiam, hæ verò ob compendium saltem sunt inventæ.


*Compositarū  
literarum,  
duo genera.*

*Discrimen  
inter abbreviaturas &  
Diphthongos  
in Literatua  
Runica.*

Si etenim in harum originem alcius inquirere lubet, comperiemus literas invicem connectere, ita ut una composita ex pluribus figura, duarum aut plurium potestates contineat, nil aliud docuisse quam necessitatem, vel etiam compendiosam elegantiam. Ubi enim cautium aut lignorum quibus insculpi debebant, contracta adeò occurrebat capacitas; ut aut ductus omnes, sine confusione capere nequiverit, aut separatio ac distractio errores parere & sensum disturbare potuerit, hisce invento aliquo occurrere sunt coacti. Commodius autem sese obtulit nullum, notarum ac figurarum jugatione, seu contractione, quam Abbreviaturam jam vocare solemus. Nec dubium est, quin cum elegantiam quandam & artificium singulare præ se ferre hoc studium animadverterent, quidam ei uberius excolendo se tradiderint. Adeò ut & integra monumenta ex hisce conflata exhibuerint quidam, quæ vel Oedipo indigere, quivis curiosius ea contemplans fatebitur. De hisce jugationibus ita ad me scripsit Dn. Magnus Olai Laufasiensis, Pastor in Boreali Islandia dignissimus: *Ex vulgaribus Runis unicam composuerunt literam additis ex aliis apicibus, integram dictionem, quæ illorum proposito inserviret, conficientem ut*

*Abbreviaturarum casæ.*

*Monumenta  
abbreviaturarum  
Runicarum  
constant.*

*ret, conficientem ut*  *i. e. ANAPNR. Olavus. Ejusmodi*

modi nominis proprii intricaturam per unquam literam vidi aliquando in prisco sepulchri assere. Puto etiam veteres istos nescio quo consilio aut superstitione, data opera studuisse, ne facile legi posset, quod saxis sepulchralibus inciderant.

Hanc literas intricandi rationem, vocarunt *at tradla Runum*, quo simul earum extricationem notarunt. Hoc enim olim magnæ & licitæ putabatur artis. Hinc Ragnvaldus Kólson in Relationibus Orchadensibus, peculiari cantilena enumeraturus, quibus præ cæteris, excellebat artibus ita canit:

†ΛΡ† ΙΥ ΙΥ †R ΛΛ ΙΨ†Λ  
 ΙΡΛΛΛΙΡ ΥΛΚ ΙΥ ΜΠ  
 †ΠΥ ΙΥ †RΛΡΛ RΠΠΥ  
 †ΙΡ ΙR ΨΙR ΒΛΥ †Υ ΗΨΙΡΙR  
 ΗΥΡΙΡ ΥΛΛ ΙΥ Λ ΥΙΡΠΥ:  
 ΗΥΠΛ ΙΥ †Υ R† ΗΛ ΒΛΛΙR  
 \*ΠΛRΛΠΙΡΡΙΑ ΥΛΚ ΙΥ \*ΛΡΡΠΠ  
 \*ΛRΒΗΠΛΛΛ †Υ BRΛΡΡΛΛΠ.

Quorum hic est sensus.

*Obletamenta mihi novem sunt:  
 Scachicus ludus, Runarum ligatura,  
 Librorum lectio, fabrilium cultura,  
 Nives soleis calco ligneis,  
 Arcu quosvis supero & Remis,  
 Fidibus canto & Poësi.*

At *Tradla*, propriè est pedum conculcatione aliquid densè constipare; hic metaphoricè loquitur. Quænam nobilioris juventutis in septentrione, olim fuerint exercitia, hic obiter nota.

*Abbreviatura apud Danos non sunt inventa ob scribendi celeritatem.*

Nullo vero modo adduci possum ut credam ταχυγραφίαν ansam huic studio præbuisse, cum nec chartæ, nec ceræ usum nostrates habuisse reperiam, quibus celeri stylo quidpiam imprimi potuerit. Sed aut saxa & cautes, aut ligna duriuscula, fagina imprimis, quorum sculpturæ operam requirunt tardiolem, temporisq; tractum majorem.

De

De ea loquor *ταχυγραφία* quæ olim excellabant apud Romanos Notarii dicti, de quibus ita Martialis: Notarii Romanorum.

*Currant verba licet, manus est velocior illis;  
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.*

A notis enim dicti Notarii, quibus utebantur ad orationes, conciones, aliasq; pro rostris habitas declamationes, incredibili velocitate excipiendas. Quorum artificium eleganter expressit Ausonius, suum in hunc modum polito Epigrammate affatus Notarium: Notarii unde dicti.  
Notariorum ars.

*Puer notarum præpetum  
Sollers minister advola.*

Et post pauca:

*Tu sensa nostri pectoris  
Vix dicta, jam ceris tenes.  
Sentire tam velox mihi  
Vellem dedisset mens mea,  
Quam præpetis dextra fugâ  
Tu me loquentem prævenis.*

Eusebius in Chronicis testatur Tyronem M. Tullii Libertum harum notarum fuisse autorem. Trithemius verò ipsum Tullium Ciceronem, librum notarum non parvæ quantitatis scripsisse refert. Quem S. Cyprianus Chartaginensium Præsul & Martyr multis & notis & dictionibus ampliavit, adjiciens vocabula Christianorum, usibus necessaria: *Rarus est codex, & à me semel duntaxat repertus, inquit Trithemius ultimo de Polygraphia libro vilisq; precio emptus.* Vide reliqua jucunda scitu, mox in principio libri citati. Notarum autor Tyro.

Hanc itaq; *ταχυγραφίας* artem, licet in his oris antiquitus locum habere non potuisse, mihi persuasum habeam: commoditatis tamen ejusdem, aut elegantia rationem, iis de quibus jam loquimur literarum nexibus, majores nostros habere voluisse crediderim.

Ac quamvis jugata hæ Danorum literæ quæ veteribus *Slitruur* & *Vesjurr* videntur dictæ, de quibus consule cap. V. hujus libri pag. 40. ubi de Malrunis compositis agitur; Abbreviaturæ & duplices in quibus differant.



niter: attamen haud raro duplicatum est K seu NN Latini-  
num, ut in monumento Tingveldensi ΨIK Menn. Sic  
A loco duplicis A quandoq; occurrit.

Hoc loco de neotericorum invento, literis scilicet Da-  
gessatis seu punctatis aliquid monendum videtur, siqui-  
dem ad naturam jugatorum quam proximè accedunt, eò  
quod ex litera & puncto conflentur; quia tamen potesta-  
tem puram & simplicem obtinent ad simplices potius quis-  
piam eas retulerit. Quod etiam à plerisq; factitatum vide-  
mus, qui in serie Alphabetica, sua illis assignare loca ne-  
quaquam dubitarunt.

*Litera pun-  
ctata.*

Nisi quis mediam inter utrasq; naturam sortitas eas  
esse arbitretur; quod facile concesserim, eo quod figurâ  
sint compositæ; valore vero simplices. Sunt autem hæ  
quarum inventionem Waldemaro secundo victorioso  
Danorum Regi ascribunt cuncti; adeo ut *Waldemars*  
*Runer* etiamnum vocentur.

*Waldemari  
Runa.*

Α Ι Ρ Ρ Ψ Β 4  
Υ Ε Τ Η Γ V Ρ Τ Η.

Si vetustiora Mercatorum aliorumq; signa & sigilla  
examinaveris ex hisce jugatis ortum traxisse videbis. No-  
minis enim proprii & parentis vel cognominis literas pri-  
mas vel etiam omnes totius nominis apices (ut supra osten-  
sum) copulantes, sua conflarunt insignia majores. In re-  
centioribus vero id minus apparet, tum quod filii paren-  
tum sibi vendicent signa, tum quod Romanis characteri-  
bus jam utantur. Qui tamen huic ului non ita commode  
applicantur, eo quod ductibus curvis ac circularibus sca-  
teant, qui vasis ligneis, aliisq; mercium fascibus non ita a-  
ptè insculpuntur atq; recti, quibus maxima ex parte con-  
stant Runicæ nostræ.

*Mercatorum  
signa vetusti-  
ora sunt lite-  
ra jugata.*

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

*De Diphthongis Literarum Danicæ.*

**A**Lterum compositarum literarum genus ut attinga-  
mus, quod Diphthongos vocant; nequaquam varias

*De Diphthō-  
gis quid tra-  
dendum.*

Q

de



de iis Grammaticorum quæstiones, an scilicet sint Diphthongi? quid sint? an ad literarum vel syllabarum classem pertineant? agitabimus. Cum nostri non sit instituti Grammaticorum minutias excutere, sed Runicæ Literaturæ naturam inquirere, ac densissimis oblivionis tenebris involutos ejus ductus in lucem protrahere ac æternitati consecrare. Ea igitur quæ de Diphthongis nostris tam à Scaldâ, quam ab aliis fide dignis hausimus monumentis, quam fieri potest, brevissimis sumus allaturi, ut quæ nostratium de iis fuerit sententia non ignoretur.

Diphthongi  
sunt syllabæ.

Lymyngar.

Tuithiodendur.

Ad syllabas à majoribus nostris relatas esse Diphthongos asserit Arngrimus Crymogææ lib. 1. cap. 3. nec dissentire videtur Scaldâ. Vocantur verò veteri lingua  $\text{F}\text{A}\text{Y}\text{A}\text{K}$   $\text{P}\text{A}\text{R}$ . *Lymyngar* quasi conglutinata: eo quod in iis vocales ita conglutinentur ac combinentur, ac si glutine quoddam junctæ essent. Vocantur &  $\text{A}\text{N}\text{I}\text{*}\text{N}\text{A}\text{P}\text{I}\text{K}\text{P}\text{N}\text{R}$ : *Tuithiodendur* seu bilonæ, quod Græco respondet nomini.

Diphthongi  
definitio.

Diphthongi  
Runicæ quinque.

Describitur porro Diphthongus à Scaldâ in hunc modum:  $\text{F}\text{I}\text{B}\text{*}\text{A}\text{A}\text{P}\text{N}\text{H}$   $\text{I}\text{R}$   $\text{H}\text{A}\text{Y}\text{A}\text{K}$   $\text{M}\text{A}\text{Y}\text{A}\text{P}\text{N}\text{Y}$   $\text{A}\text{N}\text{I}\text{P}$   $\text{P}\text{I}\text{A}$   $\text{R}\text{A}\text{P}\text{A}\text{R}\text{H}\text{A}\text{P}\text{A}$   $\text{I}$   $\text{H}\text{R}\text{M}$   $\text{H}\text{A}\text{Y}\text{H}\text{T}\text{A}\text{P}\text{N}\text{K}$   $\text{P}\text{H}\text{R}$   $\text{I}\text{R}$   $\text{B}\text{A}\text{P}\text{I}\text{K}$   $\text{*}\text{A}\text{N}\text{P}\text{I}$   $\text{A}\text{P}\text{M}$   $\text{H}\text{I}\text{K}\text{N}$ . Diphthongus est duarum vocalium conglutinatio in unam syllabam, quarum quævis retinet suam potestatem. Quatuor porro in linguâ Latinâ Diphthongos esse ait: sed in Runicâ quinque, quas enumerare ubi aggreditur, sic inquit:  $\text{P}\text{H}\text{H}\text{I}\text{K}$   $\text{I}$   $\text{R}\text{N}$   $\text{M}\text{A}\text{Y}\text{A}\text{P}\text{A}\text{K}$   $\text{H}\text{A}\text{P}\text{A}$   $\text{I}$   $\text{R}\text{N}\text{N}\text{Y}$ ,  $\text{A}$   $\text{P}\text{A}\text{R}\text{I}\text{Y}$   $\text{Æ}$ ,  $\text{N}$   $\text{P}\text{A}\text{R}\text{I}\text{K}$   $\text{AU}$ ,  $\text{A}$   $\text{P}\text{A}\text{R}\text{I}\text{K}$   $\text{E}$   $\text{A}\text{P}$   $\text{I}$ ,  $\text{A}\text{P}$   $\text{H}\text{A}$   $\text{I}\text{R}$   $\text{P}\text{I}\text{B}\text{*}\text{A}\text{A}\text{P}\text{N}\text{H}$   $\text{H}\text{Y}\text{I}$   $\text{I}$   $\text{M}\text{A}\text{I}\text{K}\text{N}$   $\text{Æ}\text{Y}$ ,  $\text{*}$   $\text{P}\text{I}\text{R}\text{I}\text{K}$   $\text{E}$   $\text{A}\text{P}$   $\text{O}$ ,  $\text{P}\text{A}\text{P}$   $\text{I}\text{R}$   $\text{*}\text{I}\text{K}$   $\text{P}\text{I}\text{A}\text{R}\text{P}\text{I}$   $\text{P}\text{I}\text{B}\text{*}\text{A}\text{A}\text{P}\text{N}\text{Y}$   $\text{I}$   $\text{M}\text{A}\text{I}\text{K}\text{N}$ ,  $\text{A}\text{P}$   $\text{I}\text{R}$   $\text{*}\text{A}\text{K}$   $\text{H}\text{P}\text{I}$   $\text{I}$   $\text{R}\text{N}\text{N}\text{Y}$ . Hæ sunt Diphthongi Runicæ  $\text{A}$  pro  $\text{Æ}$ ,  $\text{N}$  pro  $\text{AU}$ ,  $\text{A}$  pro  $\text{E}$  &  $\text{I}$ , & hæc Diphthongus non est apud Latinos,  $\text{AY}$ :  $\text{*}$  pro  $\text{E}$  &  $\text{O}$ . Hæc est quarta Diphthongus apud Latinos, quæ non reperitur in linguâ Runicâ.

Obscurior aliquantò hic autor est, ac scrupulos injicit  
haud

haud leves, adeo ut corruptum arbitrer illum, quō ego usus sum, codicem. Affirmat namq; primò Diphthongos Runicas quinq; esse, at ubi earum catalogum instituere debet, quatuor saltem proponit, ex quibus tamen quartam in Latinâ saltem lingvâ: non vero in Runica reperiri docet. Sed cum nec Diphthongorum figura, nec earundem valor ritè & perspicuè sit exhibitus, textum depravatum esse amanuensis incuriâ, clarè satis patet. Sensus tamen auctoris absq; dubio hic erit. Diphthongi Runicæ sunt quinq; † pro Æ, Ḃ pro au, † pro ei, (hoc etenim & supra docuit) Æy (cujus figura omittitur) † pro Oe, quæ Runica non est. Si igitur rem æqvâ lance æstimes, duæ saltem figuræ Diphthongorum Runicarum sunt propositæ † & Ḃ potestates quatuor; Æ, AU, EI, ÆY, quinta omissa est, aut assumenda Oe, quæ licet dicatur non esse Runica, ejus tamen æquivalentem habemus  $\text{D}$ , forsân † exprimendam. Sed solitam auctoris hic desideramus perspicuitatem.

*Dogmatis de Diphthongis examen.*

Rationem verò Diphthongos conficiendi, & cur in iis quædam vocales præponantur, quædam verò postponantur, docere conatur in sequentibus, cum sic inquit:

*Diphthongos conficiendi ratio.*

ИПҮІА RАРРАRAR IRN ПІRІR ИҮІВАРІА I ИАҮ-  
 МҮПМРПҮ, ИІҮ А АР I ІМ ИПҮІА IRN ІВ-  
 АІRИҮІВАРІА ИІҮ I АР I АР П, АР IRN ПІА  
 RАРРАРИАПІА МІПRМРА ПІRИҮІВАІІА  
 I ИАҮАММҮПМРПҮ IR ММММІ \*МІАР, \*АРА  
 \*ІМН ПИИА RАРРАРАМІ ПМІRІМ ИМ \*ІМІ  
 ПАІRИИІR IR МІRRI ИІМРА I \*МІРП  
 ПRІІ RАРРАРІММІ. ИІҮ А ПNR А АР П, ІК  
 I ПNR I АР А АР П, АР ПNI АР ПІІ \*МІАРА  
 IR ПRИММІRІ IR МІR BRIИИІМН ИТІІ-  
 ПНА АР ПNRІА ИТІІР ІК \*ІІІ ПРІRІА АР  
 ПRАҮА ИҮІВІІ АР ПІRІА \*ІПНА RПҮ IR  
 ААҮ \*МІPRA ПАР \*МІАР ПІRІА АА ИІІІІ I  
 ИАҮММҮПМР IR ПNRҮAR ИҮІВІА ІК \*ІІІ  
 ІВІR IR ПАРҮІRІА.

Q 2

Quæ.



tedictis Ser & Mer (legendum videtur Sier & Mier, alioquin hic nulla Diphthongus) aliisq; similibus, sed propter soni concinnitatem inventa est Diphthongus, ut Lógr, órgr, quia suavius videtur sonare quam Lægr, ægr. Quo pacto Diphthongus ob separationem vel distinctionem sit inventa dubitare quis posset, cum ejus natura in conjunctione & conglutinatione duarum vocalium cōsistat, quæ separationi adversatur. Sed absq; dubio illam autor intelligit separationem, quâ diversas voces vocalibus iisdem constantibus soni facit distinctionem, ut videlicet aliter pronuntiandum sit Mi-er separatis E & I, aliter Mier, in Diphthongum iisdem vocalibus coalescentibus. Sed de Diphthongis ex præscripto Scaldæ hæc suffecerint.

*Diphthongus  
quomodo ob  
separationem  
inventus.*

## CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

### *De modo scribendi Danorum.*

Quatuor fuisse usitatiores variarum gentium scribendi modos eleganter & doctè ostendit clarissimus Gerardus Vossius de arte Gramm. lib. I. cap. xxxiv. Primus, qui fit à dextra in sinistram, quo usi sunt Hebræi, Chaldæi, Syri, Arabes, Ægyptii. Secundus, cum primò à dextra sinistrorsum scribitur, & ubi ad sinistram paginae partem deventum, inde dextrorsum recurritur. Qui mos antiquissimis Græcis fuit in usu, eumq; Ἐξσπεφνδὸν vocarunt. Tertius vulgatus est, à sinistra dextrorsum; qui Græcis, Latinis, & plerisq; Europæis familiaris. Quartus à summo ad imum; quo usi sunt incolæ Trapobanæ & etiamnum utuntur Indi, præsertim Sinenses, à quibusdam Tapocon dictus. Æthiopicis hunc modum familiarem fuisse docet Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib. 2. c. 30. Quintum modum, quo non modo deorsum, sed & redeundo mox sursum, Ἐξσπεφνδὸν, in usu non fuisse arbitratur.

*Quatuor mo-  
di scribendi  
veterum.*

I.

II.

III.

IV.

*Quintus an  
in usu.*

At hoc si de literis in membranis & chartis exaratis solum intelligat, forsan concedendum: sed si de iis quas ma-

*Apud Danos  
plures modi  
occurrunt.*

jores nostri saxi & cautibus insculperunt, intellectum quoque velit, assensum præbere nequeo. Monumenta n. antiquiora patriæ diligentius perlustranti, non hic modo, sed & alibi plures occurrent, de quibus necessario aliquid monendum duxi; cum tanta ludant varietate, ut datâ operâ eâ certasse videantur, nostrates.

*Primus.*

A dextra in sinistram, nullum nostratium exaratum, vidi, quamvis in tabula Bureana quædam extent, an animi causa ita scripta, an verò è saxi eruta, ignoro. Nisi forsan saxum Avenfloense in Fionia huc referre visum sit, quod duplicem continet inscriptionem, quarum una à dextris, altera à sinistris incipit & in intermediam vocem, quæ in utraq; repetenda, finitur.

*Secundus.*

Nec secundum modum, quem *Ἐξ ἄνω πρὸς δεξιὰς* vocant, in quo à dextra sinistrorsum scribitur, & deinde dextrorsum recurritur, nostratibus familiarem fuisse, ex Monumentis quæ hæcenus ad me delata sunt, colligere valui.

*Tertius.*

Tertio verò, utpotè vulgato, jam nobis complura, exarata cernuntur. In Selandia: Orethinganum. In Scania: Leragriense. In Cimbria: Allingense, Grenstenense, Jellingensia & alia. Quæ omnia à sinistris initium capiunt, & more Romanis consuetò, ad dextram pergunt. Sed sunt & hujus generis quæ ad *Ἐξ ἄνω πρὸς δεξιὰς* referri posse videntur, quæ est Tuorupense in Cimbria. Incipit enim à sinistris, & ubi ad dextram pervenit, recurrit ad sinistram.

*Quartus.*

Quartum, quo à summo ad imum, non recurrente sursum ductu, simpliciter scribunt, nostratibus familiarem haud fuisse arbitror, quod ejus nondum viderim exempla.

*Quintus.*

At quinti, quem Vossius dari negat, *Ἐξ ἄνω πρὸς δεξιὰς* nempe à summo ad imum, exemplum clarissimum habemus in Clementino monumento primo in Boringholmo extante. Sculptura characterum, à summo lapidis incipit à dextra, hinc ad imum pergit, quo ubi pervenit, ad summum recurrit & mox in spiras volvitur. Nec dubito quin alibi plura ejus generis extent.

Modo-

Modorum à Volsio propositorum, hæc sunt exempla apud nos extantia: jam alios videamus ab ipso non ta-  
ctos.

Ab imo ad summum, unico tractu, exarantur in Cim-  
bria: Gunderupense primum & Haversloense. Pluribus  
tractibus non recurrentibus, in Selandia: Trygveldense.  
In Scania: Opagriense, Fuliense. In Lalandia: Brignicen-  
se. In Cimbria: Bryndersloense. Ab imo ad summum  
recurrentibus, Ἐξ ἄνω ἕως ἄνω more, versibus, exarantur in Se-  
landia; Sandbyense. In Scania: Stróense primum. In Fio-  
nia Ronningense, Flemlosense. In Lalandia: Tiletense,  
Scolengense, Tirstadense. In Cimbria: Hermindanum,  
Longense secundum, Gunderupense secundum. Est & in  
Bornholmia Clementinum secundum, quod duplicem  
inscriptionem ostentat, quarum altera à dextra baleos in-  
cipit, & ascendendo, ut Ἐξ ἄνω ἕως ἄνω, recurrit per secun-  
dum lapidis latus, & demum ascendit in tertio: altera à ba-  
leos sinistro incipit, & pari modo tria perreptat latera, usq̄;  
dum desinat in eodem latere, in quo prior.

Sextus.

Circularem ambitum absolvit, in Cimbria, Glenstru-  
pense. In Norvegia, in Diœcesi Asloensi: Holmense. In-  
ter Boringholmica; Nicolaitanum primum, & in ejus me-  
ditullio crucis in modum decussatim pars inscriptionis le-  
gitur. Circularem verò basin columnæ cingit inscriptio  
Vregerflevis in Cimbria.

Septimus.

Semicirculum constituunt, ab imo sinistri lateris ad i-  
mum dextri, per apicem transcurentia: In Selandiâ: Alste-  
dense. In Scania: Waldkieranum, Stróense secundum,  
Gorstangense, Alsumense, Scorbyense, Hunestadense,  
Vedmanshójense, Fossienne, Holmense, Losenense. In  
Boringholmo: Aakirkebyense, Aakierense primum, quod  
in medio tractum habet, à vertice in imum tendentem, Aa-  
kierense secundum, Laurentianum, Gyldenagrense. In  
Cimbria Randrusiense, Hunense, Gudingense, Oddum-  
mense. Ab imo dextri lateris, sinistrorsum semicirculum  
constituunt in Fionia: Allerupense. In Cimbria Huorum-  
men-

Octavus.

menſe. Semicirculari ſemel ac ſepius recurrente per ſpiras tractu, extant in Scania: Biergeſöenſe ſecundum, Kiöbingenſe, Siörupenſe, Huneſtadenſe. In Boringholmo: Nicolaitanum. In Cimbria: Hobroenſe, Tuordrupenſe.

Nonus.

Quadrato per limbum ſaxi tractu, viſitur in Scania: Alrumenſe, Tullſtrupenſe. In Cimbria: Giefingholmſe. Sed duo ſaltem quadrati latera oblongiora exornant in Scania: Hobyenſe. In Cimbria: Gellerslövenſe. Unum verò & ſummum in Scania; Löſenſe primum.

Decimus.

Trigoni formam exhibet inſcriptio Biergeſöenſis prima, in Scania.

Undecimus.

Crucis ideam, decuſſatim ſe ſecantibus lineis, exhibet in Norvegia, Diceceſi Aſloenſi, Toſſogenenſe, & in Scania: Liſterenſe.

Duodecimus.

Transverſim per ſaxi corpus, ab uno latere in aliud pergit notarum ſeries in monumentis Scanicis: Hobyenſe & Storkiano. In Fionico Albeccenſi.

Hæc exempli loco adducere lubuit ex iis quæ noſtra de Monumentis Danicis delineata exhibent commentaria; quibus omnibus etiam hodierna die fidem conciliat ocularis inſpectio. Quibus ſi opus eſſet, ex Norvagicis plura addi poſſent, ſed hæc ſufficienter potiores veterum Danorum literas exarandi modos ob oculos ponunt.

Ex ſuperioribus v. præſertim iis quæ de quinto modo dixim⁹, liquet, non planè exorbitaſſe Zvingerum lib. i. Volum. iv. ubi ait: *Secundum longitudinem à ſummo ad imum, & hinc ruruſus aſcendendo, veluti per ſpiras (quas Sol anno motu, per Zodiacum facere dicitur) ſcripſiſſe Gothos veteres in ſaxis vetuſtiſſimis, quæ etiamnum exſtent. Quod locum Olai Magni attinet, ex quo hæc collegiſſe videtur, is extat lib. i. cap. XXIX. editionis Romanæ, ubi hæc leguntur: *Scriptura verò à dextro latere, in pede Saxorum inchoata, uſq; in verticem, & tandem refleſtendo, in ſinistro pede finita, vel iterum eodem ordine interius elevata, depreſſa q; terminantur.* Quibus modum  $\text{Ἐξ ἑποφῆδον}$ , quo ab imo ad ſummum, & à ſummo ad imum recurrento li-*

Zvingerum  
deſendiur.

teræ

teræ exarantur & alternis versibus, nunc ascendendo duct<sup>9</sup> trahuntur delineare videtur. At lib. 1. cap. vii. nihil plane habet quod huc spectet; siquidem de necessaria ventorum cognitione inscribitur, & de ventis per universum agit capit<sup>9</sup> discursum; verum capite xxxvi, ad quod Vossium respicere arbitror, hæc leguntur: *His itaq; (ut in Historia charissimi fratris mei Joannis Magni antecessoris archiepiscopi Upsalensis lib. 1. cap. VII. habetur) res gestas lapidibus imprimentes, sempiternæ memoriæ tradiderunt.*

Errare igitur liquet Hermannū Hugonem (à quo forsan deceptus Vossi<sup>9</sup>) qui de prima scribendi origine cap. 8. hunc scribendi modum falso Gothis attribui ait à Theodoro Zvingero. Cum liquidus satis sit locus libri 1. cap. 29. Immerito concludit Olavum nuspiam hoc scribere. Nec ulli<sup>9</sup> momenti est ratio Hugonis ex Vulcanio adducta, in hunc modum: *Certissimè autem lapsum esse Zvingerum ostendit Bonaventura Vulcanius libello de literis Getarum seu Gothorum, ubi omnes eorum inscriptiones scriptæ sunt à lævâ ad dextram in latum, more nostro vulgari, nulla omnino à summo in imum per versus.* Verum non animadvertit Hugo à Vulcanio non nisi tria adducta esse monumenta ex numero tam immenso, eaq; non integra, nec eo modo quo in saxis conspiciuntur. Primum quidem Trygveldense, ab imo ad summum inscriptionis exaratam adhuc hodie ostendit seriem, ut in monumentis Selandiæ ostendimus, saxo ipso ad vivum expresso: reliqua duo Jellingæ extantia, quo situ suos teneant characteres, docebunt Cimbrica nostra. At supra à nobis citata monumenta, varietatem scribendi majorem ostentant, quam Hugo, omnibus suis modis possibilibus eodem capite allatis, excogitare potuit. Nec majoris momenti est ratio tertia, quâ Zvingerum hallucinatum ostendere conatur, quia scilicet aberravit in voce Tæpocon, asserens eum esse modum quo Hebræi scribunt à dextra in lævam. Sed eum hic errasse nondum demonstravit Hugo. Vocem enim hanc paulò antè enodaturus, nihil adducit præter varias ejus lectiones apud

Herm. Hugonis error.



autores, quid verò sit, non docet. Sed quæ sequebatur, Zvingerus erravit in voce Τάπορον, ergo in aliis? Hugo erravit in loco Olai M. citando, ergo in aliis omnibus ejusdem libri. Gerræ.

Interim tamen ex iis quæ supra sunt allata, liquido patet, Danos nostros, non uno tenore literas suas saxi insculpsisse, sed plærisq; ab aliis gentibus usitatis, suos peculiare addidisse modos.

### CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

#### *De Materia cui literas suas mandare solebant Dani.*

*Dani literas  
saxi incidunt.*

**F**requentissimam materiam cui mandarunt literas suas & quicquid æternitati consecratum voluerunt Dani, fuisse durissima saxa & cautes, ex relictis abunde liquet. Ejusq; evidentissimum perhibet testimonium Saxo Grammaticus, in præclari operis historici præfatione, dum hæc refert. *Nec ignotum volo, Danorum antiquiores, conspicuis fortitudinis operibus editis, gloriæ emulatione suffusos, Romani styli imitatione, non solum rerum à se magnificè gestarum titulos exquisito contextus genere, veluti Poëtico quodam opere perstrinxisse, verum etiam majorum acta patrii sermonis carminibus vulgata, lingua sua literis saxi ac rupibus insculpenda curasse.* Quod exemplis passim illustrare non veretur, & quidem in eadem hac præfatione, paulo post, rupem describit literatâ serie res gestas Regis Haraldî Hylde-tandi continentem, quæ tamen ejus ævo adeò erat protrita, ut legi aut intelligi contextus haud potuerit. Sed ipsum audiamus. *Apud Blekingiam apte antibus rupes mirandis literarum notis interstincta conspicitur. Siquidem à meridiano mari in deserta Verundia, petrosa porrigitur semita, quam binæ lineæ exiguo discretæ spacio, protractis in longum ductibus amplectuntur. Inter quas medium loco planum factis ad legendum figuris, undiq; secus exaratum ostenditur.* Quod licet adeo situ  
in-

*Rupes Hylde-  
tandi.*

inaequale existat, ut modo montium alta proscindat, modo vallium ima praterat, eodem tamen tenore literarum vestigia servare dignoscitur: quarum significationem Rex *Waldemar* sacri *Canuti* fausta proles admirationis causa cognoscere cupiens misit qui rupem permeantes, patentium illic characterum seriem curiosiori indagazione colligerent, ac postmodum virgulis quibusdam, sub iisdem formarum apicibus adnotarent. Qui ideo nihil ex iis interpretamentis comprehendere potuerunt, quod ipsa celatura concavitas, partim cano interlita, partim commeantium adesa vestigiis, figurata protractionis speciem, obtrito calle confuderat. Unde conspicuum est, etiam petrinae soliditatis rimas diutina madore complutas, aut sordium collusione, aut irrigua nimborum instillatione concrefcere. Hoc autem monumentum ab eodem lib. vii. expresse *Haraldo Hyldetando* tribuitur. Is enim, inquit ibidem, in monumentum patris ejus res gestas apud *Blekingiam* rupi, per artifices mandare curae habuit. Aliud exemplum adducit lib. ix. ubi *Regnerum Lodbrog* Regem animosissimum in *Biarmia* victorias suas saxi incidi curasse refert, hac verborum periodo: *Biarmorum Rege interfecto, Finno-<sup>rum</sup> vero fugato, Regnerus saxi rerum gestarum apices praeseferentibus, hisdemq; superne locatis, aeternum victoriae suae monumentum affixit.* Sed ejus generis saxa cum passim sint obvia, pluribus id demonstrare minus hic necessarium; praesertim cum in libris Monumentorum Danicorum ex professo id agamus. Recte quocirca clariss. *Vossius* lib. i. de arte Grammatica cap. xxxviii. asserit *Danos literis suis quas RUNER dixere non in ligno modo, sed in lapideis incidisse gesta majorum.*

*Victoria Regneri Lodb.*

Et hoc quidem non Danis solum, sed & aliis populis antiquissimum fuit literarum subjectum. Testis namque locuples est *Josephus* antiqvit. Judicarum lib. i. cap. iii. *Sethum* aut ejus posteros duas erexisse columnas lapideas, quibus rerum caelestium disciplinam inscripserunt, & ne ullis tempestatum injuriis obnoxia esset, ad posteros pro-

*Antiquissimas literas inscripserunt lapideis.*

pagarunt. Testis ipse spiritus DEI, Exod. 24. v. 12. & cap. 31. v. 18. ubi DEUS mandata sua lapideis tabulis inscripta Moisi tradidit, idemq; repetit cap. 34. v. 1. & seq.

*Ægyptii saxis  
litteras suas  
inscripserunt.*

Ægyptii quoq; primitus saxis notas suas hieroglyphicas mandavere teste Lucano lib. 3.

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos*

*Noverat, & saxis tantum volucresq; feraq;*

*Sculptaq; servabant magicas animalialingvas.*

*Obelisci Ro-  
mani.*

Hujus clarissima exempla adhuc suppeditant Obelisci stupendæ magnitudinis ex Ægypto allati & Romæ in Vaticano & propè ecclesiam S. Joannis Lateranensis maximis sumptibus erecti.

Nec Græcis aut Romanis hæc ratio displicuit, ut præter infinita passim obvia monumenta, clarè testatur Horatius lib. 4. ode. 8.

*Incisa notis marmora publicis.*

Res igitur quas majores nostri ad posteros volebant transmissas & æternitati consecratas, saxis & cautibus commendabant. Minoris verò momenti, quæ amicis communicabant aut in familiari usu esse volebant, lignis, ossibus aut cornibus mandabant.

*Dani lignis  
quoq; litteras  
inscripserunt.*

De lignis expressus est apud Saxonem locus lib. 4. de Fengone ubi agit: *Proficiscuntur*, inquit, *cum eo bini Fengonis satellites litteras ligno insculptas (nam id celebre quondam genus chartarum erat) secum gestantes, quibus Britanorum Regi transmissi sibi juvenis occisio mandabatur. Quin & in archivis meis ejus generis lignum teneo, quod amatorias litteras continere videtur, de quo Monumentorum Danicorum libro quarto à nobis actum. Id præterea evincunt antiquissimorum Fastorum Danicorum varia genera, figuris & notis discrepantia, partim lib. 2. Fastorum Danicorum expressa; partim penes me asservata. Nec id ignoravit Venantius Fortunatus lib. 8. Epigram. 18. delictis nostris hæc proferens.*

*Barbara fraxineis pingatur RUNA tabellis*

*Quodq; papyrus agit, virgula plana valet.*

De

De eo M. Brynolphus in notis in Saxonem M. S. *Antiqui suas Runas hoc est literas tabellis ligneis, quas Spiold Kesse nominarunt commiserunt, non atramento, pigmento, aut colore illitas, verum cultellis incisas. Quod veteres Athenienses factitasse ex Agellii lib. 2. cap. 12. suspiceris. Atque hanc incisionem ad rita, vel ad rista vocitaverunt, quod est leniter incidere, unde jam colligo sine circellis & arcibus omnes illorum characteres extitisse, ac B quod nunc Runicum afferrī ac exhiberi solet, novitium ac Latinum P esse, olim sic scriptum K, ut non minus forma quam vi K ἐσυμένον stungun plastur referret. Similiter R antiquitus tali figura R, nempe sic multo commodius expeditiusque lignum incidi omnes norunt.*

Nullum verò lignorum genus apud nos extantium fuisse arbitror, quod (modo figurarum impressionem non respuat) non hisce usibus destinaverint, ut fusius capite primo hujus libri à nobis demonstratum. Hoc rudibus Italiae populis, quos Ennius Cascos vocat, in usu quoque fuisse testis est Hieronimus ad Nitiam, qui ante charta aut membranarum usum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutua Epistolarum alloquia miscebant. Hoc sensu Juvenalis:

*Vana sup vacui dicens chirographia ligni,*

Et Ovidius 2. de Ponto:

*Nec mea fallaci conjuncta est gemma sigillo,*

*Mendaces lignis imposuisse notas.*

Hinc est quod portatores earum tabellarios, & scriptores à libris arborum librarios vocaverint. Hinc etiam codices dicti à caudice.

Ossa verò & cornua, praesertim Alcis & Rangiferorum, literarum quoque sculpturas admisisse ex Fastis in iis exaratis & ad me delatis colligo. In mandibulae triquetrae majoris alicujus piscis limbo, delineatam dierum anni seriem aliaque Fastos concernentia, cuius petenti ostendere possum. Libellum quendam tredecim constantem foliis seu potius asserculis, aut laminis oblongis, quatuor polli-

*Cornubus & ossibus litera Danica insculpta.*

cum circiter longitudine, unius verò latitudine, ex Alcis aut Rangiferi cornib<sup>9</sup> fabrefactis, possidebat illustris & generosus Dn. Cancellarius, CHRISTIANUS FRISIUS de Kragerup; cui miro artificio, miraq; characterum fabrica, dies festi, aliiq; totius anni curriculum complentes sunt inscripti. Quin ejus generis complures alii alibi extent non dubito.

*Litera Runica  
in auleis ac  
cupicta.*

Ratiora omittimus; in auleis namq; & tapetibus acu à nobilioribus matronis pingi quoq; solere nostrarum literarum characteres ostendit mappa quam inter *κμήλεια* servo, quæ pluribus libro vi. Monumentorum Danicorum delineabitur.

*In campanis  
fusa Runa.*

In campana Urdalensi, Diœcesis Stavangriensis in Norvegia, nostris literarum notis fustum esse nomen artificis, qui eam fabricavit ibidem pluribus demonstrabitur.

Sic scribit Herodotus se apud Thebas Bœotias in Ismenii Apollinis templo literas cadmæas in tripodibus quibusdam incisas vidisse.

*In membra-  
nis & chartis  
scripta Runa.*

Membranis & chartis usos esse mediæ ævi scriptores nostrates arbitror, quamvis eorum Volumina perierint & ad nos non pervenerint. Nondum enim antiquiorem videre mihi contigit autorem, qui planè & ex omni parte literis Runicis in membrana aut charta fuerit exaratus. Præter præclarum illum in membrana vetustissima exaratum Legum Scanicarum codicem, qui simul circa calcem & Regum Danorum seriem & conjugia, limites quoq; inter Daniam & Sveciam constitutos, elegantissimè literis nostris Runicis planè descriptos habet. Quo elegantius monumentum in hoc genere an uspiam reperiatur dubito. Fasti enim isti, quos lib. iii. Fastorum Danicorum delineavi, licet libelli figuram præ se jam ferant, attamen eandem faciem olim non obtinuisse; sed in una continua membrana exaratos fuisse, ibidem demonstravi. In vetustissimis legum codicibus M.S.S. Edda item & Scaldæ carmina quædam, Rithmos, periodos item quasdam Runicis characteribus exaratas legisse & annotasse me memini; sed qui planè

nè & omnimodè hisce constaret, nullus adhuc ad me delatus est codex, excepto eleganti Legum Scanicarum Volumine, ut supra diximus. De recentioribus nuper in Suecia & alibi, typis Runicis descriptis tractatulis non loquor: Illi enim in multorum sunt manibus & antiquitatem sapiunt planè nullam, quocirca de illis minus sumus solliciti. Lapides igitur, ligna, ossa, cornua, ea fuerunt quibus literarum suarum notas potissimum credere volebat vetustas, aliis non nisi raro & ornatus potissimum causa.

CAPUT VIGESIMUMSEPTIMUM.

*Qua lingua consignata sint Monumenta quæ in Dania visuntur.*

**P**Ræter ea quæ hætenus de majorum nostrorum tradidimus Literaturâ, alia adhuc restare videntur, quæ antiquitatum Danicarum studioso, in monumentorum enucleatione, remoram injicere solent haud parvam, de quibus si hæc pauca monuerimus, non omnino frustra nos laboraturos confidimus.

Cum etenim ea quæ hætenus docuimus, eo potissimum colliment, ut è tenebris eruta Literatura Danica, relictorum monumentorum enucleationi inservire possint, nihil omnino omittendum duximus, quod ad scopum præfixum deducere possit.

*Scopus hujus libri.*

Qui igitur extantium adhuc cipporum, statuarum, & saxorum inscriptiones legere & intelligere gestit, nequaquam omnia, ad modernam vocum faciem accommodabit: aut priscas loquendi formulas, ex iis quibus jam utimur, æstimabit: sed veteris lingvæ gnarus, ad ejus normam ut singula dirigat necessum est.

*Lingua Danica antiqua cõscripta sunt monumenta.*

Tantum enim vel quadringentorum annorum curriculo, à pristina suâ & pronunciatione, & idiotismo, illud quod jam tenemus degeneravit idioma, ut qui vel legum codices vetustiores, vel alia Volumina, non usq; ad eò magnam præ se ferentia antiquitatem inspexerit, non potest non

*Lingua Danica mutatio.*

Lingua omnes mutationem passæ sunt.

non tantam discrepantiam admirari. Atq; id quidem, si nobis solis contigisset, majori res digna esset admiratione: nunc vero cum nullam penè linguam [iis exceptis quibus divina ad nos defluxêre eloquia] fatalem hanc mutationem effugisse videam; quid mirum & nostræ id usu venire? Gallicam respice, Latinæ Italicæ & Germanicæ est mixtura: Germanica Latinis, Gallicis & Italicis est inquinata: Anglica Danica est & Gallica.

Lingua Germanica qualis.

De Germanica audi Trithemium in præfatione libri 3. de Polygraphia disferentem: *Usus loquendi non regulatus quantum apud solos Teutonicos in sexcentis annis sit variatus, nemo cito æstimabit, qui Otfridum Wisburgensem Monachum in carminibus linguæ Germanicæ sæpius non relegit. Mare fluit & refluit, homines semel morientes non amplius præsentem revertuntur ad vitam: succedunt moribus mores, & semper ad molliora vigor animorum mortalium decedit. Quis hodie apud Græcorum præcætos emulatores Germanos antiquam idiomatum tenet notitiam? Chronicis & veterum historiis Francorum, Hunibaldus, Doracus & reliqui scriptores, qui annis nos mille præcesserunt multa, & carmine præcæto & prosa sermonis Teutonici suis synthematis dicta miscuerunt: quæ hodie intelliguntur à paucis. Quid loquor de temporibus antiquis, cum proprium idioma nostrum apud Francos orientales, Suevos, Bavaros, Rhenenses, Mosellanos, Colonienses, Saxones & Toringos notabilem variationem quotidie suscipiat? Mutantur in tempore homines, variantur & mores; mutantur animi, variantur & vestes: linguarum alteratur simplicitas, & præcæta variatur idiomatum proprietates, & nihil stabile reperitur in humanis.*

Lingua cur mutata.

Vicinorum commercia, populorum migrationes, elegantiaæ studium, quæ sibi in Idiomata imperium vendicarunt, hæc primas obtinuerunt. Qui igitur veteris linguæ nostræ rudis planè ad Monumentorum accesserit enucleationem, haud pauca inveniet quorum sensum vix ac ne vix quidem assequetur.

Hæc

Hæc autem de qua loquimur lingua, nusquam in septentrione purior adhuc asservatur quam in Islandia Daniæ Insula famosissima. Cujus incolæ præterquam quod exterorum commerciis minus eam depravari sint passi: ab omni ævo varias, tum popularium suorum, tum reliquorum Aquilonarium res gestas, eâ consignando, incorruptam & apud se servarunt, & ad posteros transmiserunt. Quo nomine à Saxone nostro in præfatione suæ historiæ summo opere commendantur, in hunc modum de iis differente: *Nec Tylensum industria silentio obliteranda, qui cum ob naturam soli sterilitatem luxuriæ nutrimentis carentes, officia continua sobrietatis exerceant, omniaque vitæ momenta ad excolendam alienorum operum notitiam conferre soleant, inopiam ingenio pensant. Cunctarum quippe nationum res gestas cognoscere, memoriaque mandare, voluptatis loco reputant: non minoris gloriæ judicantes alienas virtutes disserere, quam proprias exhibere.*

*Islandi linguam antiquam Danorum tenent.*

*Islandorum industria.*

De hujus autem lingvæ origine, quamvis alii aliter disputent, placet tamen quænam fuerit saniorum de ea sententia, verbis Johannis Lyscandri in medium proferre. Sic igitur ille Antiq. Danic. Sermone iv. *Ac de Cimbrorum idiomate, qui Balticum nunc incolunt Oceanum, plurimos audiivi Danorum disputare. Germanica ne ea sit prope modum, an ex Germanicâ compositâ, & placuit pluribus Germanicam non esse origine omnino; sed ex Teutonica & veteri mixtam. Jamque processu temporis plus ex Germanica novi accipere. Veterem autem, inveniunt fuisse Hebraei sermonis aliquam dialectum, quod ubi non dubiis videtur inniti rationibus placuit hoc ipsum observare. Primum quidem istam opinionem antiquissima vetustissimorum Ducum & Regum nomina confirmare sane possunt, quæ omnino Hebraica sunt, nihil quicquam cum Teutonum lingua commercii habentiâ, qualia sunt Dan, Humblus, Loth, Lotherus, Gormo, Togorma & similia usitatissima. Aliud tamen majus firmitusque adjiciunt. Linguam Gothorum sane Germanicam videri; sed in omnibus nequaquam*

*Lingua Danica qualis sit.*

*Lingua Danica vetus est Hebraea dialectus.*

*Cimbrorum lingua communicat cum Hebraea.*



Lingua Cim-  
brica cum di-  
screpat à Teu-  
tonica Hebra-  
æ communis  
fit.

communicare. At si quando sermo Gothicus Cimmericus ve-  
à generali Teutonum idiomate manifestè dissentire videa-  
tur, tum vocem illam ex templò Hebraicam fieri: Hebraeam-  
ve illicò sapere antiquitatem. Quod in pluribus probatum  
est, & nos exemplo idem didicimus. Puerum aut filium  
Teutones *Kindt* dicere solent, id quod Cimbris barbarum  
fieret, qui pro eo *Barn* retinuerunt, & pro diversis diale-  
ctorum generibus idem aliter atq; aliter effertur. Cimbro-  
rum in Chersoneso quidam *Ban* | quidam *Bar* | Scandi *Bcl* |  
*Balthi* quorum ferè communis oratio est, *Barn* communi-  
ter vocaverunt, quod manifestissimum est ab Hebraicis  
Chaldaicisq; *Bar* & *Ben* derivari.

Moderna lin-  
gua Danica  
qualis.

Quod linguam nostram origine Germanicam non ef-  
se, sed ex Teutonicâ & veteri mixtam asserit, id res ipsa in  
moderna & ea quâ jam utimur abundè comprobatum,  
reddit. Imò plus ex Teutonica Indies mutuo accipere,  
infinitorum exemplorum inductione ostendere non usq;  
adeo foret operosum. Extant quam plurima, quæ & ap-  
pellationes priscas, seu verè Danicas, & recentes, seu à Teu-  
tonibus mutuatas, in quotidiano loquendi usu adhuc reti-  
nent. In quibus observandis [nisi hanc operam patriæ du-  
dum locasset illustris & generosus Heros, Dn. OLIGERUS  
ROSÆCRANTZ, Dominus de Rosenholm & Scaby &c. Re-  
gni Daniæ Senator prudentissimus, pietatis sinceræq; Chri-  
sti gloriæ assertor indefessus] non sine jucunditate versari  
quis posset. Nos ex ingenti & locuplete tanti viri thesauro  
paucula (bonâ, ut spero, ejus veniâ) hic proponere, non  
abs re erit; cum eadem operâ illorum errori occurratur,  
qui sterilitatis vitium nostræ adscribunt linguæ; vel hoc no-  
mine, quod à Germanica multa sit mutuata: Cum tamen  
vel hoc ipso reliquis locupletior, quod plures possideat u-  
nius rei appellationes. Simul quoq; apparebit vix vocem  
esse in nostrâ linguâ Germanismum redolentem, quæ  
non commodius vernacula ac genuina Danis exprimi  
possit. Idq; ut clarius eluceat sequentia expendenda re-  
linquo.

Lingua Da-  
nica nequa-  
quam sterilis.

| Danica Antiqua. | Nova.    | Germanica.   |
|-----------------|----------|--------------|
| Abind           | Had      | Haß          |
| Alvor           | Ernst    | Ernst.       |
| Bancke          | Klappe   | Klopfen      |
| Bære            | Drage    | Fragen       |
| Braaget         | Buntet   | Bunt         |
| Daggert         | Dolck    | Dolch        |
| Dowen           | Lad      | Läßig        |
| Dom             | Ordel    | Urtheil      |
| Domme           | Ordele   | Urtheilen    |
| Effne           | Formix   | Vermögen     |
| Fawr            | Ekion    | Schön        |
| Fiel            | Bred     | Bret         |
| Fod             | Baren    | Geboren      |
| Gienne          | Driffve  | Treiben      |
| Glæde           | Fryd     | Freude       |
| Grande          | Naboe    | Nachbahr     |
| Grant           | Noye     | Genasv       |
| Hente           | Hale     | Holen        |
| Hitte           | Finde    | Finden       |
| Kaare           | Suerd    | Schwert      |
| Kilde           | Brond    | Brunn        |
| Kiore           | Driffve  | Treiben      |
| Klippe          | Ekicre   | Scheren      |
| Kyse            | Forferde | Verschrecken |
| Lede            | Soge     | Suchen       |
| Luge            | Læse     | Lesen        |
| Lude            | Feil     | Fehl         |
| Neppe           | Noye     | Genasv       |
| Pies            | Skum     | Schaum       |
| Quæde           | Stunge   | Singen       |
| Ram             | Beest    | Bitter       |
| Redsel          | Fryct    | Furcht       |
| Sancke          | Samble   | Sambeln      |
| Sprede          | Strœ     | Strewen      |
| Snar            | Hastig   | Hast         |

| Danica antiqva.    | Nova.                   | Germanica.           |
|--------------------|-------------------------|----------------------|
| Sneffver           | { Eng<br>{ Frangt       | Eng<br>Drang         |
| Splid }<br>Zuift } | Wreenighed              | Vncinigfeit          |
| Skonne             | Forstaa                 | Verstehen            |
| Stacket            | Kort                    | Kurz                 |
| Stunde             | Lengis                  | Verlangen            |
| Suige              | Bedrage                 | Betriegen            |
| Sonder             | Brudet                  | Zerbrochen           |
| Tage               | Annamme                 | Nemen                |
| Tijt               | Ofte                    | Ofte                 |
| Tiunde             | Tiensifolck             | Dienstbot            |
| Tro                | Toffve                  | Glauben              |
| Træt               | Modig                   | Müde                 |
| Trette             | Riffve                  | Reiffen              |
| Tryg               | Sicker                  | Sicher               |
| Tungt              | Suart                   | Schwer               |
| Tosve              | Opholde                 | Auffhalten           |
| Vaade              | Fare                    | Gefahr               |
| Vente              | Haabe                   | Hoffen               |
| Wdofe              | Vdgynde                 | Ausgieffen           |
| Ved                | Formedelft              | Vormittelft          |
| Vppe               | { Fange an<br>{ Begynde | Anfangen<br>Beginnen |
| Vpperlig           | Herlig                  | Herlich              |
| Vnck               | Zammer                  | Zammer               |

Lingva Da-  
nica ubertas.

Hanc lingvæ nostræ ubertatem & singularem in iis  
qvæ verè ac propriè Danica sunt ἐμφασιν, dudum in vo-  
cibus quam plurimis observarunt & admirati sunt nostra-  
rum rerum ac verborum curiosi, ac inter eos clarissimus  
vir Johan. Isaacius Pontanus Historiographus Regius; qui  
inter alia, ejus editurus in duabus saltem vocibus specimen,  
in Chorographica Daniæ descriptione hæc ponit: *Notan-  
dum, præter alia, vocabulum Pose | quo saccus etiam sive  
sacculus*

*sacculus denotatur. Nam licet Danis Serck saccus dicitur, tamen saccus non admodum magnus, cuiusmodi ferè Latinorum pera, iisdem Pose propriè dicitur. Qua an alii Germanici idiomatis variandi felicitate polleant addubito. Quin & hoc ista occasione præteriri haud debet, vocem saccum, non tantum Germanicæ lingvæ, caterisq; Boreæ populis ferè omnibus, ut Danis, Suedis, Norvagus, sed & Hebrais, Græcis, Latinis, & nescio cui non genti similiter usurpari. Sic & Serck| quo dixi Danis indusium fœmineum notari, cum iisdem vocabulo Efiorte virile indusium sive camisiam, ut vulgò vocamus, intelligant, indicium sit eam esse idiomatis Danici rationem atq; ubertatem, qua haud cedat nationibus aut lingvis aliis, imo & superet in pluribus. Quis enim qui lexica nobis felicissimarum lingvarum, Hebrææ, Græcæ, Latinæ, aut aliis divitis similiter idiomatis contexit, hanc, ut sic dicam, Idiotetem ulla earum expressit aut assecutus est: ut inquam Camisiam sive indumentum quod viro tantum convenit, ab eo quod fœminarum est proprium discernens, unica id vocula, hec Serck| illud Efiorte discriminatim dicendo extulerit. Sed quod paucis hisce ostendit vir eruditissimus, aliis multis demonstrare non foret operosum.*

Antiquissimam autem quod concernit lingvæ, eam latè admodum se diffudisse testantur autores omnes probatæ fidei. Refert Rodericus Toletanus Teutoniæ, Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ, Flandriæ & Angliæ unicam habere lingvæ, licet idiomatibus dignoscantur. Quod non solum confirmat Justus Lipsius Centur. 3. Epistolar. ad Belgas, Epist. 44, sed & ad Gallos extendit, dum sic inquit: *Hoc ille ante annos nondum quadringentos: paulo supra: potuisset & Galliam addidisse. Non enim nos Belgæ tantum, sed ulteriores atq; interiores Celtae & quicquid Franci occuparunt lingvæ etiam eorum, id est Germanicæ usi. Probat hoc ipsulum ex canone Concilii Turonensis, sub Carolo Magno edito, in quo lingvæ quæ jam Galli utuntur vocatur ROMANA RUSTICA, eò quod hac soli*

*Antiquissima  
lingua Dan.  
amplissima.*

*Galli usi sunt  
lingua Teutis.*

*Rustica lin-  
gua Gallorū.*

Rustici utebantur: nostrâ vero, quam THEODISCAM vocat, nobiles & honestiores. In eadem sententia subsistunt nostrates ferè omnes quotquot lingvæ nostræ naturam diligentius paulo sunt perscrutati. In primis Arngrimus Jonas Crimogeæ cap 3. vide cap. 6. hujus libri. At Edda noster in principio lib. 1. antiquam illam qua etiamnum in Islandia utuntur, quamq; Danicam sæpius appellat, ex Asia profectam refert, & ad Daniam, Norvegiam, Sveciam & Saxoniam tantum restringit, exclusis Anglis & aliis. In hunc enim modum socco Latino donatus differit. Postquam Odinus Colonias suas per Saxoniam, Cimbriam, Sveciam & Norvegiam duxisset, filios ac socios conjugio cum incolis copulatos ibidem reliquit, qui, multiplicata progenie, lingvam Asiaticam vicinis regionibus intulerunt. Quod vel ex propriis liquet nominibus & appellationibus quæ lingvam hanc sunt comitata. Hinc factum quod Asiatica hæc lingua familiaris adeo reddita sit regionibus septentrionalibus Norvegiæ, Sveciæ, Daniæ & Saxonæ. Sed in Anglia antiqua extant regionum & urbium nomina, quæ ex alia quam Asiatica hac ortum trahunt.

Hæc illa ipsa est Lingva quam Adrianus Skreickius ad monita sua secunda præfatione, Schyticam, Celticam, Teutonicam, imo Japheticam vocat, & ab Hebraica Lingvâ secundam esse contendit. Sic inter alia differit: *Hebraicam revera Linguam esse primogeniam, Japheticam vero secundam, quam Schyticam, Celticam, Teutonicam, Belgicam, Danicam & Septentrionalem nunc vocamus: quodq; ea lingua Japhetica primis temporibus fuit universalis, & omnino antiquior sit Græca & Latina, adeoq; populos illos Celticos & Græcis & Romanis sunt antiquiores: per omnes casus, ut in originibus descripsimus, hic iterum probamus. Vide integrum ejus librum, passim id inculcantem.*

Quin imo si verum quod Claudius Duretus Historia linguarum cap. 76 asserit: *Japones in sua lingua voces quamplurimas habere affines vocibus Islandicis, latius & ulterius lingua nostra vagata est, quam ad jam dictas gentes. Verba addu-*

adducam, ut res eò sit liquidior: *Sunt ex Neotericis autoribus qui obseruarunt, quod in Insula Japonia multa uoccs reperiantur conformes uocibus Islandicis signum commerciorum quod olim inter has duas nationes exercebantur.* Quod repetit Dominus de la Popelinere libro 1 de tribus Mundis.

Ut altiora non repetam si ad annum Christi DCCC XL II saltem recurram<sup>9</sup>, ac lingvam quã tum Teutones ac vicinae gentes usæ sunt, cum Danica modernã conferamus, uidebimus, illam in quam plurimis magis ad nostram accelsisse; quam ad Germanicam quã jam utuntur. Idq; ut clarius e vadat ex Lexico à Lipsio citatã epistola ex veteri Psalterio confecto paucula quædam excerpamus, quæ allata abundè confirmabunt.

| Teutonica. | Danica.    | Latina.     | Germanica. |
|------------|------------|-------------|------------|
| Afster     | Efster     | Secundum    | Nach       |
| Allton     | Anlit      | Vultus      | Gesicht    |
| An Vernupt | Fornufft   | Intellectus | Berstand   |
| Ut         | Mad        | Escæ        | Essen      |
| Gebillithe | Billede    | Imago       | Bilde      |
| Begegungsa | Begynnte   | Cæpi        | Anfangen   |
| Besuiet    | Besuiget   | Decipit     | Betrogen   |
| Kimo       | Kim        | Germen      | Schusz     |
| Kuosmeer   | Kosmor     | Butyrum     | Butter     |
| Duom       | Dom        | Judicium    | Urtheil    |
| Eiter      | Eder       | Venenum     | Bergifft   |
| Elelendig  | Bdlændig   | Extraneus   | Frembt     |
| Brældi     | Bræld      | Senium      | Alter      |
| Mikil      | Megit      | Magnum      | Groß       |
| Haffta     | Heffte     | Carcer      | Gefängniß  |
| Hardo      | Hart       | Valde       | Sehr       |
| Indtencf   | Indlucft   | Aperuit     | Auffthun   |
| Irquicke   | Opvæcke    | Excita      | Erwecken   |
| Legerstede | Lejerstied | Cubilibus   | Bette      |
| Livia      | Liff       | Vita        | Leben      |

| Teutonica.   | Danica.     | Latina.       | German:       |
|--------------|-------------|---------------|---------------|
| Loftis       | Locke       | Capilli       | Zopff         |
| Mankrest     | Mandkraft   | Majestas      | Majestet      |
| Megin kraft  | Mogenkraft  | Multa potētia | Kräftig       |
| Mu           | Mod         | Mens          | Gemüt         |
| Muos         | Moes        | Esca          | Gemüß         |
| Niet         | Nyd         | Posside       | Behalt        |
| Quena        | Quinde      | Uxor          | Fraw          |
| Quicafa      | Quæg        | Animalia      | Gethier       |
| Quat         | Quad        | Dixit         | Gesagt        |
| Refagnusi    | Reffelse    | Redargutione  | Straff        |
| Ruecont      | Roget       | Fumigabam     | Geräuchere    |
| Safa         | Sag         | Rem           | Ding          |
| Skieri       | Skier       | Lucidum       | Hell          |
| Sette        | Sede        | Sedes         | Stuel         |
| Sivaltdan    | Stusoldt    | Septuplum     | Siebenveltig  |
| Sigimari     | Sejervinder | Victor        | Überwinder    |
| Slachta      | Slect       | Generatio     | Geschlecht    |
| Suliton      | Sylt        | Sallugo       | Salkvasser    |
| Stufidæ      | Stocket     | Irritavit     | Auffgehitzet  |
| Thierne      | Terne       | Juvēcularum   | Mägde         |
| Thurtie      | Torfftig    | Egenus        | Arm           |
| Tholon       | Taallig     | Patienter     | Außstehen     |
| Tilo         | Tle         | Accelera      | Eyl           |
| Ursagen/     | Uarsage     | Excusatio     | Entschuldigūg |
| Uirscapandit | Verdskab    | Epulantis     | Gasthalten    |
| Uiferdi      | Udferd      | Exitus        | Außgang       |
| Uivalle      | Udvelle     | Scateat       | Außwelen      |
| Welide       | Veledē      | Elegit.       | Außgelesen    |

Plura non lubet cum hæc manifestissima sint & id quod cupimus abundè probent.

Huc, si placet, refer verba fœderis circa idem temp<sup>9</sup> iacti inter Ludovicum Pium & Carolum Secundum, inter quæ quam plurima, ad nostrum etiamnum accedentia idioma, cernere licet.

Hæc

Hæc autem primus divulgavit P. Pithæus in Historia Nitardi Angilberti, filii Caroli Magni ex Bertha filia nepotis; ex eo vero demum protulerunt Lipsius Centur. 3 Epist. ad Belgas, Epist. 44. Bon. Vulcanius in tractatu de literis & lingua Gothorum. Sed quoniam errores ab hisce admissos, correxit, ac omissa restituit Melchior Goldastus Tom. 1. const. imper. pag. 190, in gratiam eorum quibus integrum non est dictos autores consulere, fœderis formulam ab eo hic repetam, quo minori dispendio collatio instituat, sic autem habet. Cumq; Carolus hæc eadem » verba Romana lingua perorasset, LUDOWICUS, quoniam » natu major erat, prior hæc deinde se servaturum testat<sup>9</sup> est. »

*Pro Don amur & pro Christian poblo, & nostro commun salvament, dis di en avant, in quant Deus savir & potir me dumat si salvarai eo cest meon fradra KARLO, & in adjuha & in cadhuna cosa, si cum hom per dreit son fradra salvar, dist, ino quid il mi altre si faret & ab LUDHER nul plaid nunquam prindrar qui meon vol cest meon fradre Karlo in danno sit.*

Ludovici  
verba.

Quod cum LUDOWICUS expleisset, KAROLUS Teudisca lingua sic hæc eadem verba testatus est: *In Godes minna, ind durh tes Christianes folches in unser bedhero gehaltenisi son tesseme dage, fram mordens, so fram somir Got gewizei indi mahd furgibit, so hald ih tesan minan Bruodher sofo man mit rehtu sinan bruoder scal, inthiusthaz, er mig sofo maduo indi mit LUTHEREM inno theinni thing ne gegango, zhe minam willon inno ce scadhen werken.*

Caroli verba  
Teudisca.

Sacramentum autem quod utrorumq; populus quicquid propria lingua testatus est, Romanâ Lingvâ sic se habet: *Si LUDHUWIG Sacrament, que son fradre KARLO jurat conservat, & KARLUS meo sendra de suo part non los tanit, si jo returnar non lint pois ne jo, ne neals em eomit pois in nulla adjuha contra LUDHUWIG nun li ivir. Teudisca autem Lingva: Oba KARL then eid then er sinemo bruodher LUDHUWIG gesvor, geleistet, inde LUDHUWIG min herro, then*

Populi Sacra-  
mentum.



er imo gesvor, forbrichit ob ih ina nes arvenden nemag, nob ih, nob thero them bes ir wenden mag, imo ce follustri widhar KARLE ne wirdhit.

Ejus ævi complura alia, nostrum redolentia idioma inveniet, qui curiosius veteres perlustraverit annales: Sed nos ad alia properantes, hæc in transcurso saltim attingimus.

deranda. spiciuntur, examine, non semper principali & primariæ potestati insistendum: sed sæpiculè de affinibus & adventitiis cogitandum. Fit enim haud rarò, ut pro diver-

sitate

sitate copulationis cum aliis, diversas acquirant vires & potestates. De quibus etsi vix firmi ac generales dari possint canones, longâ tamen observatione, & diligenti antecedentium cum consequentibus collatione pleraq; eruuntur. Et quia in Fastis Danicis quædam annotavimus hic specialius potiora repetere non abs usu duxi, ut ansam diligentioribus præbeam, plura ejus generis accuratius investigandi ac in commune bonum proferendi.

**ψ** Licet **ψ** nota sit consonantis **F**, crebro tamen pro **V** positum reperitur, sed tum sæpius punctum adsciscit & dageffari solet, hoc pacto **ψ**, ut **ψΙΑΠΗ**. Ponitur etiam quandoq; pro integra syllabâ ef ut **ψΑΗ** estir, ubi non solum **ψ** sed & **Α** syllabam constituit. Ejus locum etiam in nonnullis tenet **Π**, præsertim ubi pro **V** poni debebat, ut **ΙΑΠΗΑΡΙΠΗ**, Januarius.

**Π** **Π** præter consuetam potestatem vocalis **U** etiam **V** consonantis vices supplere, & jam dictum, & supra etiam ostensum.

**ϕ** **ϕ** solemnî sua indole **D**. Latinorum exprimit, sive molle sive durum vel aspiratum existat. Est tamen quandoque index **T**, ut in vocibus **ϕΙΡϕΡΠΗ** Gertrudis **ΡΗΗϕΙ** Reisti. Dageffatum hoc pacto **ϕ**, notat **Th**, ut **ϕΑϕΠΗ** Matheus. De vario ejus usu ita disserit Arngrimus Crimogææ lib. i. cap. 3: *Hæc inquit, vocali in eadem syllaba postposita valet D, ut Blæ pro Blad, id est, folium. Quæ scriptura veteribus magis in usu, hodie ferè exolevit. Præposita vero vocali, peculiarem habet potestatem & pronunciationem non prorsus Th, sed quiddam crassius sonans quasi TZH, lingua inter primores dentes cum spiritu prope exerta, ut Pæ id est Tunc. Nomen habuit olim Puss, hodie Porn vel Thorn, si pro Th ϕ substituas, itaq; penitus scribi aut pronuciari, non nisi per se ipsum potest.* Pro eadem hac litera haud raro positum reperitur **4**, sed hac plerumq; discretionem, ut **ϕ** quemvis dictionis locum sibi vindicare valeat, **4** vero medium aut ulti-

imum

mum fere, quod vel ex his liquet:  $\text{F}\text{N}\text{H}\text{A}\text{K}\text{I}$  duſand,  
 $\text{F}\text{R}\text{A}\text{*}\text{H}\text{K}\text{I}\text{R}\text{A}\text{P}$ , Thryhundrad.

R vel  $\text{A}$  communiter R exprimit. Sunt qui hoc  
 discriminis inter ea ſe obſervaffe putent, quod R quovis  
 in loco dictionis locum habeat:  $\text{A}$  ſaltim in fine, niſi in  
 monosyllabis. Utraq; nota haud raro pro integra poni-  
 tur ſyllaba, ut  $\text{*}\text{A}\text{R}\text{A}\text{I}\text{R}$  Haralter,  $\text{F}\text{N}\text{F}\text{A}\text{H}\text{A}\text{A}$  Gud-  
 faſter, id non hiſce ſolum, ſed aliis etiam literis contingere  
 quandoq; ſolet, in quibus hæc notanda occurrit Regu-  
 la, ab autore commentarii de lingua Getica pag. 15. hiſce  
 propoſita: *Vocales ſæpè omittunt. Sed tum vocalis i-  
 pſius conſonantis proxima intelligenda venit.*  $\text{A}$  valorem  
 Ypsilon etiam obtinuiſſe ſupra oſtenſum, & ex Arngri-  
 mo probatum, qui datis ad me literis Anno MDCXXVI hæc  
 inſuper ſcripſit, de Scaldæ literaria tractatione ſermonem  
 faciens: *Inter vocales etiam Y deſideratur, quæ ſexta  
 eſſet & propriam figuram & nomen naçta eſt, videlicet  
 A, vocatur Tr &c.*

R A

Y maximâ ex parte K eſt, quandoq; tamen G & Q  
 ut  $\text{Y}\text{N}\text{I}\text{K}\text{I}\text{A}\text{N}\text{H}$  Quincianus,  $\text{Y}\text{A}\text{K}\text{H}\text{A}\text{N}\text{H}$ , (quæ exem-  
 pla, ut & reliqua huc adducta, ex Faſtis noſtris deprom-  
 piſſimus) denotat & G creberrimè, diſcrimen enim illud  
 quod inter Y & P vel F conſpicitur, quando ſcilicet vel  
 angulus hebetatur, vel venter Dagelſatur, novum eſt, &  
 in vetuſtioribus Monumentis non occurrit. Aliquan-  
 do fortiorem & robuſtiorem poteſtatem obtinet, ut vi-  
 ces duplicis G obtineat, aut GH, ut  $\text{M}\text{Y}\text{I}\text{K}$  pro Liggin,  
 $\text{H}\text{A}\text{Y}\text{I}\text{K}$  pro Slaghen.

Y

T vel  $\text{A}$  eſt Latinum T, quandoq; tamen ob ſoni  
 & poteſtatis affinitatem, quam cum D obtinet pro eo po-  
 nitur, ut  $\text{A}\text{N}\text{A}\text{N}\text{R}$  dutur.

T

B principaliter eſt B Latinum, ut  $\text{Y}\text{N}\text{B}\text{F}$  Kubl, ſed  
 minus principaliter P. Quod enim puncto inſignitur,  
 aut ventres eo fine aperiantur, id novum eſt. Eſt etiam  
 quando duplicis ſeu fortiõris B induat naturam, ut  $\text{H}\text{A}\text{NB}$   
 Stubb.

B

X

pro



I pro C ponitur creberrimè in Fastis nostris, Μ-  
 ἸΑΚΝΗ Lucianus, ΨΑΡἸΜΜΙΚΝΗ Marcellinus,  
 ΠΙΒἸΚἸΝΗ Vincentius, in quo etiam pro T posi-  
 tum agnoscis. Quod solum in Latinis vocibus contingit, in quibus T ut C pronuciari solet: ΥΝΙΚἸΑΚΝΗ  
 Quincianus, ἸΠΙΒἸΑΥΑ Ægyptiaca &c. aliàs & S no-  
 tat, ut ἸΤΙΚR Stinr, sed plerumq; inferiori ejus parti  
 punctum addunt.

*Conclusio.*

Hæc sunt quæ horis succisivis, inter varias & diffici-  
 limas officii & muneris impositi occupationes, exiguo  
 temporis curriculo, de hujus Literaturæ rudibus com-  
 mentari licuit. Quæ si bonis & candidis grata cogno-  
 vero, operam dabo, ut suo tempore quæ desunt supplē-  
 antur, quæ minus accuratè annotata emendentur. Præ-  
 fertim si viri in hoc studio exercitati, publico bono suam  
 conferre Symbolam, ac candide, si quid hisce vel affine,  
 vel contrarium annotaverint, nobiscum communicare  
 haud graventur.

Quod ut faciant amicè rogo: opera vicissim dabi-  
 tur, ut debita laude se defraudatum nemo jure conqveri  
 possit. Interim meminerint omnes, in difficilimis hi-  
 sce & temporum injuria penè abolitis, à nemine fere ex-  
 cultis, quod εἰς ἀνῆρ ἔ πάνθ ὄρα.


Quocirca:

Συμφέρετε πλερὰ οἶνοἰ ἀν-  
 θητε μέλισαι.

☉ (O) ☉



AP-



## APPENDIX

## LITERARUM RUNICARUM,

*in Poesi usum uberius declarans.*



Quoniam peculiarem elementorum Runicorum in Poësi existere usum supra capite XIX inuimus; nec id commodè & perspicuè satis eo in loco à nobis ostendi potuerit, nisi magnam Poëtices partem eo transferre integrum fuisset: nunc quò tota hæc res clarior evadat, de ea dissertatiunculam hancce subnectere lubuit, usum literarum Danicarum in Poësi, ex fundamentis haurientem. Hanc autem Reverendo doctissimoq; viro DN. Thorlaco Sculonio Diocesis Holensis in Boreali Islandia Episcopo vigilantissimo, Discipulo quondam meo charissimo, acceptam fero; qui cum Anno MDCXXVI negotiorum causa huc appulisset, ac mecum de prisca nostrâ Literaturâ contulisset, ut suam etiam ad patriæ Literaturæ illustrationem, conferret symbolam, hæc Rhythmorum usitatorum structuram, usumq; literarum Poëticum concernentia haud invitus communicavit. In quibus etsi altius quædam Poësin Danicam concernentia, repetantur, præcipuè tamen in uno eoq; usitatissimo carminum genere Elementorum usum Poëticum ostendunt; quod fieri commodè non potuit, nisi unâ carminis ipsius perstringeretur ratio. Videbis autem, ni fallor, vel in unico hoc Rhythmo artificium nequaquam barbariem redolens; sed tale, quod vix ulla parte Græcis aut Latinis cedet. Ex quo, etiam quantopere, rudiori sæculo, in Borealibus hisce regnis, ingenio certaverint majores nostri, conjecturam facere licet uberiolem.

*Scopus hujus  
discursus.*

*Poesis Dani-  
ca.*

*Carmen seu Rhythmus, quo res gestas sui sæculi com-  
plexi*

*vise quid.*

plexi sunt majores nostri, antiquitus vocabatur *Vijfa*, jam vero en *Bijsse*.

*Vijfe unde dictum.*

*Vijfer sunt indices rerū gestarum.*

Tractum hoc nomen est vel à verbo *Eg Vijfa*, seu *Zeg Vijfer* / id est ostendo, ignaro loci viam monstro, vel intento digito aliquid demonstro. Veteres enim quicquid memoria dignum domi forisvè occurrebat, id ipsum Rhythmis sunt complexi, ut ita felicius ac facilius ad posteros propagaretur, auditorum animis instillaretur, ac memoriæ imprimeretur. Hoc igitur sensu Rhythmus seu *Bijsa* / rerum præclararum, memoriæq; dignissimarum dicitur index. Atq; hunc quidem usum Saxoni nostro præbuisse hos Rhythmos ipsemet disertis attestatur in præclari operis præfatione, dum sic inquit: *Nec ignotum volo, Danorum antiquiores conspicuis fortitudinis operibus editis, gloria emulatione suffusos, Romani styli imitatione, non solum rerum à se magnificè gestarum titulos exquisito contextus genere velut Poëtico quodam opere perstrinxisse, verum etiam majorum acta patrii sermonis carminibus vulgata lingua sua literis, Saxis & Rurpibus insculpenda curasse. Quorum vestigiis ceu quibusdam antiquitatis voluminibus inherens, tenoremq; veris translationis passibus emulatus metra metris reddenda curavi, quibus scribendorum series subnixæ, non tam recenter conflata, quam antiquitus edita cognoscatur.* Derivari aliàs hæc vox potest à *Bijs* / quod sapientem notat; ita ut *Vijfa* idem sit quod sapientia; eò quod veterum sapientia, prudentia, rerumq; peritia in hisce fuerit comprehensa. Poëtas enim veteres quos *Scaldros ac Runas* vocabant, eò loco apud Reges ac principes antiquitus fuisse, quo jam consiliarii, literati, aliiq; prudentia ac rerum usu præstantes, est in confesso.

*vijfs.*

*Scaldri Runæ*

*Scaldri magnates comitabantur.*

Hinc etiam res prudenter à se gestas, Rhythmis ejusmodi Poëticis, tanquam sapientiæ quibusdam flosculis conspergi, ac ad posteros propagari operosè studebant magnates. Ac quo quis laudis & æternitatis amore ardentius flagrabat, eò plures ac præstantiores in hoc genere si-

re si-

re sibi devinxit, secumq; domi forisq; tam pacis quam belli tempore circumduxit, ut res gestæ melius, aptius ac illustrius describi ac delineari ab illis possent. Hinc etiam Rhythmi hi *Wisset* dicti, quasi sapientum opera, in quibus multum reconditæ latet prudentiæ. Quin & ad nostrum sæculum propagatum esse Scaldorum nomen inveni, sed ita ut in familiæ cujusdam nobilis cognomen degeneraverit. In Genealogiis enim *Dreselbergiorum* inveni *Meretham Scaldre de Hofdal*.

*Rhythmorum veterum infinita fere sunt genera, vulgò tamen usitatorum centum triginta sex esse putantur.*

*Rhythmorum genera.*

Ingenii enim tanta erat fertilitas, ut modus inventioni non statueretur ullus. Nec inter hæc recensebatur illud genus quo jam ludunt nostrates, totum artificium in *ὁμοιοτέλευτοις* ponentes. Ex his autem centum triginta sex speciebus carminum, unicum saltem *Sextanmelt* dictum, seligemus, in quo literarum usum Poeticum ostendere conabimur.

*Modernum Rhythmi genero veteribus incognitum.*

*ИІ\*ИІІІКΨΛΡΑ ΠΙΗΑ illud dicitur metri genus, in cuius singulis Strophis sedecies iterati reperuntur, ac peculiari artificio dispositi similes soni.*

*Sextanmelt Vñsa.*

Alii in hoc metro requirunt non solum in singulis Strophis similes sonos sedecies repetitos & peculiari arte dispositos, sed etiam sedecim enunciationes perfectas, atque inde dictum volunt *Sextanmelt*, quasi *Sextanmal* sedecim enunciationes perfectæ, ut in hoc Symbolo Repagogorum.

Ι ΡΛΡ ΙR ΑΙΚΡΙΕ. ΠΙΗΗΑ ΓΚΡΙΕ.  
ΡΑΠΨΛΚ ΑΡ ΨΑΡΥΙΕ. ΠΙΗΑΠΗΑ ΑΠΨΙΚ.  
ΡΑΨΛΚ ΨΙΚΡΥΑ. ΑΡΓΚΡ ΗΨΙΛΗΑ.  
ΨΙΚΡ ΚΠ ΠΙΡΡΠΗΑ ΗΙΡΠΚ ΗΥΙΡΠΚ.  
ΨΠΠΑΚΠΡ ΡΠΙΡΡΑΚ. ΨΡΙΚΡΠΚ \*ΙΑΑΠΗΑ.  
ΨΙΚΚΠΠΗΑ ΡΓΑΡΙΑ. ΑΚΚΑΑ ΗΒΙΚΚΠΥ.  
ΠΙ\*ΗΙΡ ΑΑΡΡΑ ΠΥ ΠΑΡΗΥΠΡΡ \*Π\*ΗΙΡ.  
ΠΑΡΡΙΕ ΒΡΠΗΙΕ. ΑΡΑ ΗΥΑΡ ΡΙΑΡΡΡΑ.

X 3

Quod

Quod ad verbum ferè sic sonat:  
*Hodie habetur forum; Leguntur Leges.*  
*Adpeditat populus: Hospitaliter excipiuntur miseri.*  
*Decreta multiplicantur: Dissidia tolluntur.*  
*Pecunia censetur: Jusjurandum incidit.*  
*Vectura decrefcit: Cognati congregiuntur.*  
*Conveniunt læti: Annales componamus.*  
*Augentur pensiones: Debitum vernale solvitur.*  
*Magistratus colatur: Omnia solvantur.*

Heic nec syllabarum attenditur quantitas, ut apud Latinos, nec ultimarum cujusq; versus syllabarum sonus similis, ut in modernis, sed sedecim consonantiæ in singulis requiruntur Strophis, debito loco atq; ordine dispositæ. Quod ut melius intelligatur, in suas hunc Rhythum rescabimus partes, ac quid in quavis attendendum veniat considerabimus. A quibusdam hoc metri genus

Drottiquatt.

*DROTTQUÆT* vocatur, quasi vulgo cantabile, *Drott* enim turbam significat, & *O* brevi Dominum ac Regem; hoc igitur nomen inde quoq; obtinuisse videtur quod heroum res gestas eò decantaverint Poëtæ.

Partes Rhythmi Sextan-  
male.

Habet igitur Rhythmus *UI\*H1AKY1A1* partes majores *∫* minores.

Stropha.

Majores sunt illæ, quæ Græcis vocantur *Strophe*, in quibus ad idem genus Rhythmi fit recursus juxta materiæ amplitudinem.

Certis verò Stropharum numeris alligatum non est, sed materiæ ubertas legem numero præscribit, adeo ut quandoq; unica sufficiat. Hoc tamen observatur, quod ordinariè quævis Stropha versus tantum contineat octo, non incommodè Latinorum more octistrophon dici valet. Interim in Epicedio Lodbroggi, quod mox exhibebimus decem invenies.

Disticha

Versu.

Minores partes sunt disticha *PIARENKPIRNIA* seu quarta pars Rhythmi dicta, *∫* versus *\*IKPIK* appellati.

Ita enim singula disticha versuum, sunt connexa:

ut

ut posterior versus priori necessario in consonantiis respondeat.

*In his artificium spectatur tam Rhetoricum quam Poëticum.*

*Poëticum in quantitate & Harmonia consistit.*

Poëticum artificium.

*Quantitas hæc est, ut distichon constet duobus versibus: Versus verò singuli sex syllabis*

Septenarius si in ullo reperiatur, is aut singularis elegantia, aut licentia titulo excusandus venit.

*Harmonia quæ Rhythmum reddit sonorum & suavitatem ei conciliat, in literis ac syllabis consistit.*

Harmonia & Rhythmi.

*Harmonia in literis hæc est, ut in quovis disticho tres sint trium vocum initiales literæ planè semiles.*

Literalis.

Has literas peculiari nomine \*NIPNIPR seu literas sonoras vocarunt, eò quod magna pars suavitatis soni ex iis dependeat. Horum autem ut legitimus fiat usus hæ regulæ attendendæ veniunt.

1. Consonantes sonoræ prorsus debent esse eadem tam in priori quam in posteriori versu.

2. Illarum duæ sint in priori, una in posteriori versu, vel vice versa, una in priori, & duæ in posteriori, nunquam omnes tres simul in eodem. Hinc versus \*NIPNIP dicti dividuntur in NIP\*IPNIP seu semicompræhensionem, & IP\*IPNIP seu totalem compræhensionem; ac in disticho prior versus NIP\*IPNIP dicitur, quia partem saltem continet artificii; posterior IP\*IPNIP quia priori cum jungitur, totam complet structuram.

Versuum divisio.

3. Vocales omnes eandem reddunt harmoniam.

Vocales omnes in Rhythmo ejusdem sunt valoris.

Vocales agnoscunt lex, A, E, I, O, U, Y, harum una si bis ponatur in priori, semel in posteriori versu, perfecta est harmonia: vel si in priori versu ponas A & E, in posteriori I nil refert, nec turbatur harmonia, quia omnes vocales ejusdem sunt valoris in harmonia.

*Harmonia in syllabis, ea est, quæ in quovis versu, præter literalem harmoniam duæ ponuntur ejusdem soni syllaba.*

Harmonia in syllabis.

Harum

*Harum autem syllabarum consonantia velexacta est, vel aliqualis.*

*Harmonia exacta.*

*Exacta censetur in qua syllaba harmonica iisdem tam vocalibus quam consonantibus constant, ut in illo Cicero- nis Non instituti sed imbuti.*

*Harmonia aliqualis.*

*Aliqualis dicitur quando in consonantibus est similitudo, sed in vocalibus discrepantia.*

Ut in illo ejusdem autoris: Non docti sed facti: Ubi O & A discrepantiam gignunt ac semiconsonantiam constituunt. Hæc observandæ veniunt hæc Regulæ.

*In priori distichi versu sufficit consonantia aliqualis: sed in posteriori semper debet esse exacta.*

*Dictiones in quibus Harmonia consistit, se immediate subsequi non debent.*

Ut res clarior evadat, lubet exemplo Latino illustriorem eam reddere. Sit autem hoc:

*Christus Caput nostrum*

*Coronet te bonis.*

In hujus distichi versu duo habes C, quibus in sequenti tertium respondet; atque hæc literalis est harmonia de qua supra. In priori item in Christus habes ST, cui in eodem respondet ST in nostrum; hoc syllabas spectat & consonantia est non exacta sed aliqualis, quia ex diversis vocalibus & iisdem consonantibus conflatur. In posteriori versu ON in coronet, respondet ON in bonis, consonantiâ exactâ, perfecta enim syllaba eadem ex iisdem vocalibus & consonantibus constans, utrobiq; reperitur. Inter has autem voces in quibus consonantia consistit, aliam quandam interjectam vides juxta regulam ultimam. Sed in Danico res postea clarior evadet.

*Artificium oratorium in Rhythmo.*

*Artificium oratorium in Rhythmis observandum concernit tam res ipsas quam verba.*

*Verba sint selecta, emphatica, tropis variis & allegoriis modificata.*

In hisce nec Græcis cedunt nec Latinis; Metaphora enim Synechdoche & Metonomia illis usitatissima. Fabulas

las habent proprias in libro Eddæ descriptas, ad quas allusiones fiunt frequentissimæ. Sic terram vocant Ymeri carnem, eo quod ex carne Ymeri gigantis, à Diis terram fabricatam finxerit vetustas, de quo consulendus Edda fabula sexta, ut sit Metonomia materiæ.

*Ymeri caro.*

Pro fluvio ponunt Giallam; amnem enim ejus nominis apud inferos esse docuerunt in Edda fabula 44, in quo Synechdoche speciei, pro genere.

*Gialla.*

Pro sylva Metaphoricè ponunt jubam campi, adeò ut tropus non reperiatur ullus apud Latinos, quo non usi sint nostrates in suis Poëmatibus.

*Res ipsas quandoq; solo hoc oratorio ornatu tractare contenti fuerunt; quandoq; verò Gryphis & Ænigmatibus literariis involverunt.*

*Gryphi literarii.*

Posterius hoc egerunt vel ingenii ostentandi causa; vel ut rem quam solis hujus artis peritis notam esse cupiverunt hoc velo à vulgi censuris tutam redderent. Hinc autores crebro, vel sua vel amicorum nomina Rhythmis hoc pacto inserunt encomiasticis: adversariorum vero Ironicis & Eristicis ut rectè quasi eos pungant, & doctis ludibrio exponant.

*Gryphi cur inventi.*

*Huic instituto inserviunt nomina literarum primæ & secundæ impositionis.*

Nomina enim literarum apud Poëtas sunt duplicia: vel communia & vulgaria, quæ non ut Latinorum aut Græcorum significationis sunt expertia, sed rem aliquam significant ab earum figuris non alienam. Alpha namque & A nihil significant, præter ipsam literam primam; at *Aar* quæ eandem notat, simul annonæ seu agrorum ubertatem designat, quæ ejus prima est impositio. Sed quia bonitatis annonæ variæ sunt proprietates, una ex iis seligitur quæ usui Poëtico inserviat, ac notionem seu impositionem constituat secundam, quæq; ejus loco in Gryphis poni possit. E. G. quia annonæ bonitas res est mortalibus summè expetenda: hoc ipsum dico secundam hujus literæ impositionem. Cum igitur vox aliqua

*Nomina literarum duplicia.*



occurrit Gryphis involvenda, cujus initialis litera sit A, e-  
jus loco pono hanc sententiã: Præcipuum mortalibus  
bonum & sic consequenter. Nomina autem hæc secun-  
dæ impositionis non sunt omnibus eadem; sed quot sunt  
rei istius quæ per literæ nomen primum innuitur proprie-  
tates & circumstantiæ, tot etiam unius ejusdemque literæ  
nomina esse possunt secundæ impositionis. Sed ne scru-  
pulus hic relinqvatur ullus, lubet horum unicum subji-  
cere paradigma.

Runicarum Literarum.

| Literarum<br>nomina I. &<br>II. impositio-<br>nis. | Figuræ | Nomina.         |                               |
|----------------------------------------------------|--------|-----------------|-------------------------------|
|                                                    |        | Primæ Imposit.  | II. Impositionis.             |
| A ᚱ Aar                                            |        | Annona boni-    | Præcipuum mortalib. bonum     |
| B ᚱ Biarkan                                        |        | Betula [tas     | Arbor viridissima             |
| F ᚱ Fee                                            |        | Pecunia         | Causa discordiæ               |
| H * Hagel                                          |        | Grando          | Granum frigidissimum          |
| I I Iis                                            |        | Glacies         | Latissimus pons               |
| K ᚱ Kaun                                           |        | Ulcus           | Infantium infestatio          |
| L ᚱ Lógur                                          |        | Liquor          | Amnis ex præruptis fluens     |
| M ᚱ Madur                                          |        | Homo            | Pulveris augmentum            |
| N ᚱ Naud                                           |        | Egestas         | Res cōditiones angustas pari- |
| S ᚱ Sol                                            |        | Sol             | Terrarum illuminatio [ens     |
| T ᚱ Tyr                                            |        | Mars            | Deus Asiaticus unimanus       |
| U ᚱ Ur                                             |        | Scintilla       | Ex ferri massa exsiliens      |
| D ᚱ Duls                                           |        | Gigas           | Terror foeminarum             |
| O ᚱ Ois                                            |        | Ostium fluminis | Locus itionibus tritus        |
| R ᚱ Reid                                           |        | Equitatio       | Vox equis infesta             |
| Y ᚱ Yr.                                            |        | Arcus           | Semper flexilis.              |

Restat jam ut carminis ᚱᚱ\*ᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ produ-  
camus exemplum Danicum, in quo tota structura Poë-  
tica hætenus declarata, appareat & intricandarum litera-  
rum ratio proponatur.

Logogryphus  
authoris no-  
men continēs.

\*ᚱᚱᚱ ᚱᚱ\*ᚱᚱ, ᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱ, Flod Fialla  
ᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱ, ᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ, Fold kæt, skya grætur  
ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱ, ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ, ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ, Ymers lios, Urkoma,  
ᚱᚱᚱᚱᚱ

|                       |                                 |
|-----------------------|---------------------------------|
| ᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱ,          | <i>Agæt svana sæti</i>          |
| ᐱᐱ ᐱᐱᐱ, ᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱ  | <i>Og jors, og dupts auke</i>   |
| ᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱ | <i>Etter skrifad verk sette</i> |
| ᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱ *ᐱᐱᐱᐱᐱ *ᐱᐱᐱᐱ | <i>Ytar sia Halærds Heite</i>   |
| *ᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱᐱᐱ ᐱᐱᐱᐱᐱᐱ    | <i>Her Doctors skrad vera.</i>  |
| ᐱᐱᐱᐱ.                 | S. E. I.                        |

Artificium Poëticum in literis & syllabis, literis peculiaribus expressum cernis, quod si ad supra propositas examinaveris regulas, res erit liquida.

Oratorium verò ut manifestius fiat, hujus Strophæ voces particularius examinandæ.

*Aula salmonum* locus est, in quo delicatè vivunt, ut homines in aulis. Nullibi verò vel lubentius vel suavius degunt, quam in ostiis fluminum ubi aqua rapido delabente fluxu, innatos in mari squammis vermiculos, ablucere eos existimant. Salmonum igitur aula metaphoricè ostium fluminis notat; quod veteri lingua Danicâ *Ois* vocatur; atq; una in Alphabeto literam ᐱ seu O designat. Est itaq; aula salmonum O.

*Fluor montium* fluvius est, per montium præcipitia impetu summo ruens, qui olim *Loger* vocabatur; at hæc vox literæ ᐱ seu L competit.

*Terra læta.* Quemadmodum sterilitas terræ, tristitiam adferre solet hominibus, ac hanc ob causam terra ipsa tristis dicitur: ita frumentorum ac fructuum ubertate cum ridet, læticiam adfert, ac læta dicitur. Hinc læta terra annonæ bonitatem indicat, quæ *Aar* dicatur ac literam ᐱ seu A notat.

*Nubium fletus.* Flere dicuntur nubes Metaphoricè, cum in aquas resolvuntur, ac pluviis terram irrigant: Quæ pluvia veteri lingua *Ur* dicitur, ac simul literam ᐱ seu U designat.

*Ymeri lumen.* Hoc ut intelligatur ad Eddam & fabulas nostræ Poëseos recurrendum. Finxerunt autem ante mundi creationem Gigantem quendam extitisse, Ymer nomine, qui cum interfectus fuisset, ex ejus cranio

Cœlum ex reliquo corpore Terram fabricarunt. Hinc per Metonomiam Ymmer pro toto sumitur mundo, cœlo & terra constante. Cujus lumen præcipuum cum Sol sit, etiam Ymmeri lumen Sol dicitur. *Sol* autem literam H vel S indicat.

НRY A-  
ΨA.

*Res guttatim cadens* Pluvia est, vel scintillæ ex ferro ignito exsiliences, quæ simul *Ur* vocantur. *Ur* verò nomen esse literæ H vel U supra ostensum.

APIIA.

*Dilecta odoribus sedes.* Sunt fluvii vel per Synecdochē totius pro parte, fluviorum ostia. Ostium autem fluminis Danica lingua veteri sonat *Oß*, quæ vox etiam est nomen literæ Runicæ A.

AP

*Fugum equi:* pro curru sumitur, qui prisca lingua *Reid* dici consuevit, quod nominis etiamnum sibi vindicat litera alphabetica R.

PNBAM

*Pulveris augmentum,* hominem denotat, qui ex pulvere est, & in pulverem revertetur. Hominem autem vernacula lingua *Madur* dixerunt, ut & literam Ψ seu M.

Si igitur literas omnes hoc Grypho involutas collegeris, ac ordine eo quo sunt propositæ expresseris, hæ emergunt voces AMANH NARY.

Sensus itaq; Strophæ est:

OLAUS WORM

Hoc opus edidit

videntq; cuncti in hoc Rhythmo

nomen peritissimi Doctoris involutum.

Qui plura huc spectantia desiderat, Eddam & Scaldam consulat, qui abundè exspectationi satisficient. Interea & sequenti hoc se recreare valet curiosus lector, quod ad me ex Islandia Boreali transmisit vir Reverendus & doctissimus Dominus Magnus Olai, Pastor Laufasienfis dignissimus, & in hoc genere Poëta felicissimus.

Logo-

Logogryphus generis Drott-  
qvætt attimælt.

1.

И1R1NУ1 У11, 1P У1ИИ  
У1ИИУ1ИИ1 ВR1ИИ1R  
У1И1R1ИИ, 1P R1R1,  
ИИИ1 В1И1P И1ИИ1,  
У1R1ИИ1 \*И1У1ИИ, У1И1И1R  
У1И1R1У1P \*R 1P У1I1R1R  
И1R1R1 ИИИ1 \*И1R1R  
И1P1R1 И1R1У1 \*R1И1P1.

Logogriphus  
alius ejusdem  
sensus.

2.

R1ИИ1 ИВ R1ИИ1 R1ИИ1P  
R1I, У1И1R1 \*И1P ИИИ1R  
1 ИИИИИ1У1 У1I ИИИ R1ИИ1  
1 ИИИ1P ИИИИИ1P У1R1У1I  
ИИИИ1 ИИИИ1 У1ИИИИ1  
ИИИ1P 1P R1ИИИИИ1 ИИИИИ1P  
ИИИ1 \*И1P1 ИИИ1 ИИИ R1У11R  
ИИИИ1P \*ИИИ R1P1 \*И1R1I.

1.

*Strauma mot, og minis*

*Munnamasti brunnur,*

*Gledilands, og lyda*

*Limma bolid stinna,*

*Gratur himmins, Gantur,*

*Gladaför, og madur*

*Lerda lista hirder,*

*Leifdu verki breifdi.*

2.

*Reisti up leingi rustad*

*Rit, meigin hug vttur*

*A stemum med stil Rima*

*I staf villum grafit*

*Valla vanda fylra  
Veit eg af Donskum sveitum  
Vakt hafa verk einn Doctor  
Virdig han lofi hirdin.*

Genus hoc carminis quamvis sit *Drottqvætt*: attamen quia Logogryphum continet cui nomen autoris huius libri ita illigatur, ut non à quovis facile solvi queat, etiam *Band* id est ligatura vocari solet.

*Band.*

*Straumur.*

*Mót.*

*Mimer.*

*ós.*

*Munnur.*

*Maste.*

*Brunnar.*

*Lógur.*

*Strauma* mot. *Straumur* est mare impetuosum & fluxu ac refluxu turgidum, cujus genitivus pluralis est *Strauma*, fluctuum maris. *Mót* meta seu terminus. Unde verbum *ad mætast*, ad certum terminum convenire. *Mimer* est nomen proprium monstrosi cujusdam viri, cujus meminit Edda; dicitur verò fontem sapientiæ possedisse. Unde hic pro possessore res possessa intelligitur, fons videlicet, & sic Synechdochicè pro quolibet fonte. Hinc *Strauma mótt og Minis*, maris ac fontium terminus ac meta innuitur, quæ maris ostium est, in quo mare & flumina conveniunt, quod prisca nostra lingua *ós* dicitur. Eadem autem hæc vox in Alphabeto Runico denotat literam O; quæ hic innuitur.

*Munna masti brunnar.* *Munnur* os oris, cujus genitivus pluralis est *Munna*. *Maste* mamma, hic notat aquas ex fontibus defluentes. Ut enim mamma lactis fons & receptaculum, ita flumina & stagna sunt quasi receptacula rivulorum ex fontibus defluentium. *Brunnar* fontes. Dicitur igitur oris mamma fons, quia ex fontibus aquas ut ex mammis lac ore sugimus aut bibimus, non autem ex mari. Nil igitur aliud hisce vocibus innuitur, quam aqua fluens, quam prisca lingua *Lógur* vocamus, quæ vox in alphabeto literæ L appellatio est.

*Gledi lands og lyda.* Læticia regionum & populorum, id est annus, perennis enim & continuata temporum varietas, tam terram ipsam, quam ejus incolas & inhabitatores delectat. Annum autem *Aár* vocant, quæ appellatio literæ A competit.

*Linna*

*Linna bolid stinna.* Linne est appellatio serpentis. *Bol* Lectus. *Stinnur* firmus, immotus. *Linnabol* lectus serpentis pro auro capitur, cui incubare feruntur dracones & serpentes; unde & opes hic intelliguntur, quas veteres *Fie* dixerunt, quod nomen F literæ etiam competit. Collectis igitur quatuor literis hisce versibus inclusis, nempe *Os, Lógur, Ar, Fie*, resultat vox *OLAF*.

Fie.

*Gratur himmens, gautur.* *Gratur himmens*, Cœli lachrymæ, seu pluvix, olim *ur* vel *urfelle*. Litera U prisca dicta hac voce.

Gratur.

*Gautur.* Aquæ effluxus, vel fluminis ostium, aliàs *os* dictum. Notat igitur literam O, quæ idem nomen agnoscit.

Gautur.

*Gladafór.* *Glæde* equi appellatio; *Fór* iter, notat igitur equi cursum *Reid* dictum; quæ vox etiam literæ R competit.

Gladafór.

Reid.

*Madur.* Homo, & litera M. Collectis jam, *Ur, Os, Reid, Madur*, habes *VORM*.

Madur.

*Lerdra lista hirder*, doctorum artium custos, id est Doctor.

*Leifdu verke breifde.* *Ad leifa* relinquere notat, hinc *leifar* reliquix; *Verk* opus, *ad braifa* in lucem edere, publicare. Q. d. opus publicavit, quod ante eum nemo aggressus est, sed ab aliis intentatum & relictum.

ad breifa.

*Leiste up leinge rustad.* *Leiste up*, enodavit, *leinge* diu, *rustad* rubigine & pulvere oblitum.

*Reit, meigin hugvitur.* *Rit* scriptum, *ad rita* scribere. *Meigin* insigniter. *Hugvitur*, cordatus, seu ingenio & solertia multa pollens.

Reit.

Hugvitur.

*A steinum, med styl Runa.* In lapidibus stylo seu Literatura Runica.

*Stafvillum grafed.* *Stafvillum*, literarum & characterum intricaciones obscuritatem præbentes, notat. *Grafed* sculptum, *ad grafe* sculperere.

Stafvillum.

*Valla, vanda fillra.* Vix quicquam difficultate plenius.

Vandafallur.

nius.

nius. *Valla vix, vandi difficultas, fullur plenus. Vandafullur* difficultate plenus.

*Veit eg af Dönskum sveitum. Veit eg, novi, scio, af Dönskum sveitum* ex Danicis nationibus.

*ad vekia. Vakt hafa verk ein Doctor. Vakt hafe, excitasse, Ad vekia* excitare. *Verk, opus. Ein* aliquem. Sensus est: Vix novi aliquem inter Danos Doctorem difficilius opus excitasse.

*Hirdinn. Virdeg hann lofe hirdinn. Virð eg, existimo quod. Hann, illum, lofe, laudet. Hirdinn, populus. Me* iudicē ab omnibus populis celebrabitur.

Hanc Logogryphi, veteri stylo concinnati enodationem, addere operæ non putassem precium, nisi amici quidam eam efflagitantes, id omnino necessarium esse, submonuissent; quò artificii ratio omnibus constaret planius, & iis etiam satisfaceret, qui minus in hisce sunt exercitati. Quo fine Latinum quoq; subnectere libuit paradigma generis quidem Dróttqvætt, sed absq; literarum intricacione & Logogrypho, ab eodem autore concinnatum, & ad me, ante annos aliquot unà cum ludi Scachici incuniculis affabre in Islandia ex ossibus elaboratis, transmissum.

## I.

*Latrones ad lites*

*Ludicras, haud rudes*

*Carvea clausos levi*

*Clare vir duc in lares.*

*Cura campum dari,*

*Cominus se promant,*

*Getice graves rotet*

*Gens discolor enses,*

## II.

*Transtulit in monstri*

*Tyrso plectenda Cyrce*

*Sermone, sic formas*

*Satellites, atro.*

*Postquam Vidas vir castus  
Versu cecinit terso,  
Forte quod confertim  
Canam laferint anum.*

Talis forma Rhythmi generalissima olim fuit in lingua Norvagica vel etiam Danica, quam appellabant *Dróttquat*, quasi vulgò cantabile. *Drótt* enim turbam significat. Hac etiam Heroum res gestas decantabant. *Latrones Schecher* etiam Germanis Latronem notat, ad quam vocem alluditur. Alioquin *Skakur*, sive *Skakmadur* in veteri lingua nostra idem est quod latro viaticus. Item *at skaka*, infinitivus est interficere. Nunc abusive utimur in iurgio aut convitio aliquo mordaci, alterius famam vulnerante. *Hann skakur hannum*, id est convitium dicit. Quare ludus non Scachia, sed Scachi appellandus videtur. *Cyrce* Y pro I mutata litera. Licentia vetus in hoc genere Rythmi, ut directæ consonantiæ, quam orthographiæ major habeatur ratio.

*Dróttquat.*  
*Drótt.*

*Skakur.*  
*Skakmadur.*  
*at skaka.*

Placet colophonis loco ejusdem Dn. Magni Olavii de Poësi nostra haud injucundum subjungere discursum, ex quo quanti artificii, quantivè ingenii sit doctum, juxta leges Scaldorum nostrorum condere carmen, liquido patebit; simulq; quanto in pretio in hac arte artifices Regibus & Principibus olim extiterint elucebit. Sic autem ille: Si nostram Poësin omnium vulgarium linguarum Rhythmos arte & effectu superare dicerem, nihil fortassis proferrem absurdi, & si cum reliquis, eam certare opinarer, vana prorsus opinione me duci forte non censeret is, qui illis instructus nostram etiam perfectè calleret. Tot enim hæc Poësis peculiare sibi habet orationis flosculos, figuratas formulas, appellationes rerum diversas, ab antiquis fabulis, venuste, variè, obscure deductas, ut in nostra lingua peregrino, explicari id vix posse existimem.

*Poësis Danica  
nulli cedit a-  
liarum ling-  
varum.*

Quid? Ipsi Islandi, Poëtico non afflato spiritu, veterum Rhythmos aut etiam recentiores ex Eddico compositos fundamento non percipiunt. Et ejusmodi Rhyth-

*Idioma Poë-  
ticum peculi-  
are.*

Z

micum



*Asamal.*

micum à communi remotum sermonem antiquitas nostra *Asamal*, id est Asiaticum vel Asarum sermonem appellarat, qui tamen noster est: sed obscurior & vulgi minus obvius intellectui. Hæc causa est quod viris magnis & eruditis quibus lingua nostra ignota est; interim tamen quid Edda nostra Poëleos aliquale fundamentum tractet, inquirere non dedignantur, in illius translatione, uti debemus, gratificari facile non possumus. Etsi enim formulæ Eddicæ appellationes rerum multiplices & longæ peti-  
 tæ, quodam modo describi & Latine nominari queant: vocum tamen splendor, elegantia grandis, & genuina proprietas, pro ut in lingua nostra sonat, exhiberi & ostendi nequaquam potest; dulcius hic ex ipso fonte bibuntur aquæ. Est etiam Edda tantum conscripta in usum nostræ lingvæ & maximè ad illius donum singulare Poëleos, quo illam præ aliis quam plurimis ornatam puto, accommodata.

*Edda.**Rhythmorum  
infinita fere  
genera.**Eorum elegis  
artificium.*

Tot in nostra Poësi sunt Rhythmi certa genera, ut numero compræhendi vix possint, tot & tam eleganter sibi invicem respondententes literarum, syllabarum & dictionum consonantiæ, ut audientes mirè afficiantur & delectentur. Observatur enim literarum cardinalium trium in qualibet Strophâ inviolata series, par numerus syllabarum, vocis tractus sive accentus longus aut brevis & similia. Nec in nostra Poësi pauciores cautiones, licentiæ, tropi & figuræ usurpantur, quam in re metrica apud Latinos Poëtarum principes. Tot præterea in veterum cantilenis, (quod illi studiosè affectarunt) pulcra inveniuntur hyperbata, ut unico sæpè Rhythmo duas vel plures materias alternatim sibi respondententes concluderint. Tot in illis Logogryphi & lusus metaphorici ingeniosè confecti animadvertuntur, ut ipsis etiam Rhythmistarum coryphæis nodus penè sit Gordius & lectores, verba quidem intelligentes, rei parum aut nihil sapiant.

Nostram autem Poësin tantopere non eveho, quod in hac lingua natus sim, & ab hoc Rhythmico affectu non  
 omni-

omnino alienus, sed quia verè singularis est & plena artis & ingenii. Quod nostras aliquis literatus Rhythmistæ & ad hanc rem exemplis instructus, viro sapienti, etsi nostrum non intelligat idioma, præsens facilius ob oculos ponere posset.

Deinde & hoc nostra Poësis peculiare habet; quod cum in vulgaribus lingvis quilibet pro more gentis suæ Rhythmos condere, verba in numeros aliquales cogere, usuq; id sibi promptum reddere possit: in nostra, nemo Poëta existat, nec facillimum genus Rhythmi sine magno negotio connectat, etsi maximè affectat, nisi qui Poëtico spiritu singulariter afflatus est. Qui quidem afflatus, ut cæteri naturæ motus, aliis acrior aliis remissior contingit. Quidam præmeditati Rhythmos feliciter edunt, aliqui ferventiori quodam impetu omnia genera Rhythmi spontè profundunt, ut Rhythmus sit quicquid conentur dicere, ut ingeniosissimus olim apud Romanos Poëta de sua vena profitebatur, nec soluta oratio quam ista ligata illis promptior est. Adde quod in prima statim infantia, ejusmodi natura manifestis se proferat indiciis. Nec prætereundum quod motus ille ingenii in novilunio sit ferventissimus, & Rhythmistam notabilem res Poëticas aliis enucleantem, aut in Rhythmis fundendis occupatum, vino madentem, Melancholia graviore infestatum, aut furore quodam correptum dixeris, & sæpius hæc indoles etiam in ignotis ex singulari aliquo gestu conspicitur, quem nos *Skallvijngr*, id est, Poëticam vertiginem, appellamus. Sunt qui nostram Poësin in malis avertendis & inducendis mirabiles affectus habere existiment, quæ res fortassis non careat exemplis. Similem quandam energiam carminibus tribuit is qui hoc asserere non dubitavit.

Poëta Danus  
quilibet esse  
nequit.

Poëtici affla-  
tus peculiare

Mira vñ Poë-  
scos Islandicæ

*Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.*

Unde cordatiores ex nostris antiquis tanquam morali reliquerunt, Poëtam non esse laceflendum (*Ei skal skald erea*) Socratis etiam monitum citatur; quod si cui salus

& fama maximè curæ sunt, illaq; servare cupiat illæsa, is caveat ne Poëtam aliquem inimicum habeat.

*Quanto in  
precio Poeta  
antiquitus  
fuerint.*

Quanto in pretio & honore apud Reges & Principes exteros, ubi lingvæ nostræ viguit cognitio nostrates fuerint Poëta, qui ipsorum res gestas Rhythmis heroicis posteritati commendarunt, ex eo patet, quod ab iis aureos annulos, arma deaurata, vestes preciosas & alia magnifica dona, ac ipsorum inprimis Regum favorem & amicitiam meruerint, ut veteres passim testantur historiæ, & ut ex plurimis paucos nominem.

*Halfrodus  
Poeta Olai  
Tryggonis.*

Habebat in aula sua laudatissimus heros Olai Tryggonius Norvegiæ Rex inter alios Halfrodum quendam Rhythmistam Islandum, quem ab ethnicismo ad christianam convertit fidem, & baptizato ipse compatriis officium præstitit, quem homicidium in aula regia temerè committentem, donatâ vitâ & placatis cæsi cognatis in gratiam recepit, & plurimis regiis auxit muneribus. De hoc Halfrodo refert Historia, quod post Regem devictum nunquam apparuerit hilaris, desideriumq; optimi Regis præcipua mortis ipsius causa fuisse traditur.

*Poeta Olai  
Haraldi F.*

Habuit & Olai Haraldii filius domi militiæq; indivuos comites ex nostris tres insignes Rhythmistas Sigvardum, Þormodum & Girunum ob formæ venustatem Gulbra, id est aureum supercilium appellatum. De Sigvarde refertur, quod solutis verbis loquendo impeditioris fuerit lingvæ, in Rhythmis autem spontè fuis promptissimus. Haud secus ac de Virgilio scribitur, quod tardus fuerit in loquendo, adeò ut indoctus & agrestis videretur.

*Sigvardus  
Poeta.*

*Þormodus  
Poeta.*

Þormodus autem in conflictu Stiklastadensi Regi prædicto militans, noluit post illum in acie cæsum superstes vivere, sed in confertissima hostium turba fortissimè dimicabat, donec lethali percussus telo, ex prælio discederet & moribundus Regis sui beneficia, fortitudinem & magnanimitatem etiam in ultimo periculo Rhythmis celebravit, qui etiamnum extant.

Ha-

Habuit deniq; bellicosissimus Norvagiæ Rex Haraldus Sigurdi filius in sua aula & expeditionibus sibi familiarissimum notabilem Rhythmistam Thiodolphum Haverska, à provincia Borealis Islandiæ in qua natus est, sic dictum.

*Thiodolphus  
Haraldi Sigurdi Poeta.*

Floruerunt præterea in aulis Regum Daniæ, Sveciæ, Angliæ, & aliorum Principum, Poetæ Islandi, quod longa referre mora est, & qui ab illis ingentes honores & magnifica dona reportarunt. Principes etiam iratos Rhythmicis sæpè placaverunt elogiis & vitam iisdem redemerunt.

*Poeta Islandi  
in aulis vari-  
orum Regum.*

Sic Egillus Skallagrimus apud Ericum Blodoxium, Norvegiæ Regem, sed tunc in Northumbria Angliæ defidentem (in cuius conspectum jussu Reginæ Gunhildæ ex Islandia protractus fuerat) Rhythmis in honorem ejus editis, liberam impetravit dimissionem, etsi antea filium Regis, & amicos multos, injuria Erici lacesitus trucidavit. Eodem modo Brago cuidam capitis damnato à Biornone Sveciæ Rege vita donata est, ob Rhythmicum encomium Regi exhibitum.

*Skallagrimus  
Poeta Rhyth-  
mis vitam  
mercatu est.*

Quinetiam ipsi Reges & Principes Norvegiæ & vicinarum provinciarum Rhythmos eximie composuerunt, qui in illorum citantur historiis. Rogvaldus quidem Orcadum comes, princeps egregius, inter alias nobiles dotes, quibus ornatus est, præstantissimus & promptissimus fuit Rhythmista & clavem Rhythmicam, quæ adhuc extat, confecisse dicitur.

*Brago à Sve-  
ciæ Rege ver-  
sibus immu-  
nitatem im-  
petravit.*

Habuit etiam ille in Palæstinam navigans itineris comites Rhythmistas duos Islandos, qui una cum ipso res quotidie gestas Rhythmis compræhenderunt, & magna apud illum in æstimatione fuerunt.

*Rogvaldus  
Orcadum Co-  
mes Poeta.*

Quamvis autem vetus illa & genuina sive Danica, sive Norvegica lingua, ex illis regnis maxima ex parte jam dudum sese removerit, ideoq; & illic talium Rhythmistarum perierit dignitas, quia ignoti nulla cupido: adhuc tamen in Islandia ubi lingvæ ejus usus præcipuè conserva-

*Moderni Is-  
landorum  
Poeta.*

tur, magno numero Poëtæ extant, prompti & ingeniosi, qui non tantum res profanas, ubi Edda potissimum locum habet, sed etiam sacras historias simplici orationis vena in numeros convertunt Rhythmicos, Psalmos & cantilenas pias & graves componunt, & Ecclesiæ Dei apud nos utiliter communicant, utinam divinum hoc donum grati omnes amplecterentur.

Sed ut in patria sua Propheta, sic vix acceptus est Poëta. Haftenus M. Olavius.

Carminibus inesse efficacem virtutem, vel solis vel cum sacrificiis, ritibus & characterismis, præsertim *ἀυτοσχέδιοις*, cum animus ab affectu recens calet, præter Græcos & Latinos, qui illud sæpè fatentur, veteres Normanni recentiores quidam constanter credunt, tanta fiducia, ut evelli desperem, neq; effectu semper sibi videntur frustrati, inquit M. Brynolph. in Saxonem.

Ne nostram Poësin modernorum inventum esse existimes, ecce tibi antiquum paradigma, magnanimi Regis Regneri Lodbrog Epicedium; quod ipse morti jam vicinus, inter viperarum morsus cecinit circa annum Christi DCCCLVII. imperii Germanici sceptrâ obtinente Ludovico II. Hoc habet peculiare, quod licet sit in genere DROTQVÆTT, contra tamen ejus leges decem Versus in quavis obtinet Strophâ. Ad hujus meliorem intellectum, consule Saxonis librum IX, ubi inter reliqua de hoc Poëmate ita loquitur: *Adeſo jecinore, cum cor ipſum fu- neſti carnificis loco coluber obſideret, omnem operum ſuc- rum curſum animoſa voce recensuit.* Sequenti scilicet carminis harmonia.

Epicedium  
Regneri Lod-  
brog.

*Biarki genus carminis quod cecinit*

BIARYAYAT NIY AR4I

Regnerus Lodbrog.

R4P4AR M4BR4P.

*Biarka.* Vetustissimus fuit Poëta seu Scaldar, qui hoc genus carminis excogitavit. Unde ab eo dictum.

*Biarkamal.*

*Biarkamal*, quasi versus seu sermones Biarki.

*Pugna-*

## I.

*Pugnāvimus*                      *ensibus*  
 \*INPFPNY NIIR YIF \*IARNI  
*Haud post longum tempus*  
 \*I11 N1R 111 PNRIR F1KFN.  
*Cum in Gotlandia accessimus*  
 IR 1 P1N111KFI P1IKYNF.  
*Ad serpentis immensi necem*  
 11 PRAF NI1IKI YARFI.  
*Tunc impetravimus Thoram*  
 P1 P1IKFPNY NIIR FARN.  
*Ex hoc vocarunt me virum*  
 FARAK \*I11N YIF PIRFAK.  
*Quod serpentem transfodi*  
 IR NIKY 1N1NF FARFAF.  
*Hirsutam braccam ob illam cedem*  
 FARBRAY 1P FN1 NIF1.  
*Cuspide ictum intuli in colubrum*  
 111Y IF 1 111R11K NAYIN.  
*Ferro lucidorum stipendiorum*  
 111M BIAR1R1 Y111.

*Hior.* Gladius. *Grafvitner,* Serpens, quia terram fodit. *Thora* filia fuit Reguli cujusdam Gothici cujus ædes bestia hæc ambibat, vide Saxonem pag. 152. & 153. Edit. Francofurt. *Firdar* Virorum est appellatio. *Ling* Erica. *Aulum* lente incedens, *Lingaulum* igitur dicitur serpens, quod lentè per ericeta repat. *Lagdag* à verbo *eglegg* transfodio. *Stord* Terra, *Lykia* tortuositas, hinc *Stordalykia* dicitur angvis, quod tortuosè per terram serpat. *Mala*, stipendium militare. *Stal biatra mala* dicit, quia stipendium quod ferrum meret lucido auro vel argento solvitur.

## II.

*Pugnāvimus*                      *ensibus*  
 \*INPFPNY NIIR YIF \*IARNI.  
*Multum juvenis fui quando acquisivimus*  
 \*I11FN1R N1R IY N1FN1R IR P1IKFPNY

*Orien*

*Orientem versus in Oreonico freto*

ΛΠΥΛΠΡ Ι ΗΙΡΑΙΡ ΗΠΠΡΗ.

*Vulnerum amnes avidæ feræ*

ΠΠΡΑΡΥ ΨΡΗΥΠΥ ΠΑΡΡΗ.

*Et flavipedi avi*

ΑΥ ΨΑΙΡΠΠΥ ΨΠΡΗ.

*Accepimus ibidem somnerunt*

ΨΗΡΠΥ ΠΙΡ ΠΑΡ ΙΡ ΗΠΠΡΠ.

*Ad sublimes galeas*

ΠΡ \*ΛΗΠΥΡΑ \*ΙΑΡΥΑ.

*Dura ferra magnam escam.*

\*ΑΡΡ ΙΑΡ ΠΥΠΠΗ ΠΙΡΡΑΑ.

*Omnis erat Oceanus vulnus*

ΑΠΠΥ ΠΑΡ ΑΠΡ ΙΡ ΗΑΠΠΠΥ.

*Vadavit corvus in sanguine caſorum*

ΑΡ ΡΑΡΡ Ι ΠΑΡΒΡΑΡΗ.

*Eirer ſunde*, Fretum Danicum quod jam *Drefund* vocamus, inter *Croneburgum* & *Helsingburgum*. *Undarm* vulnerum amnes, ab *Und* vulnus & *Ar* amnis, *M* additur euphoniæ gratia veterum more. *Frekum varge* avidæ feræ, quæ ad caſorum cadavera frequens concurret, *Fotgulum fogle*, Aquilam intelligit quæ pedibus est flavis. Sensus: ibi impetravimus aquilæ magnam prædam; seu magnam stragem edidimus. *Ælianus* refert *Ægyptiis* & *Barcæis* populis vulturem sacrum fuisse visum, hinc apud eos mos erat, quos vis morbi confecisset, funere cremare. At verò fortium militum corpora devoranda objicere vulturibus, fortunatos quippe eos dicentes, qui sacri alitis ventrem pro tumulo habuissent. An & nostratibus militibus eadem de Aquila fuerit opinio disquirendum relinquo. *Sollin* propriè est vulnus lividum & tumefactum hinc ad mare sanguine tumidum transfertur. *Valur* strages.

### III.

*Pugnāvimus ensibus*

\*ΙΠΡΡΠΥ ΠΙΡ ΨΗΡ \*ΙΑΡΠΗ.

*Alte*

*Alte tulimus tunc lanceas*  
 \*111 B1RNY ƆA ƆIR1  
*Quando viginti annos numeravimus*  
 IR 1N11NƆIR 111ƆN111  
*Et celebrem laudem comparavimus passim*  
 1Ɔ TAR RNƆNY NN11  
*Vicinus octo Barones*  
 NN11NY 1111 11R11  
*In oriente ante Dimini portum*  
 1N11NR ƆNRIR ƆIKN ƆIKK1  
*Aquila impetravimus tunc sufficientem*  
 ƆIR1 ƆH1ƆNY ƆA Ɔ1111  
*Hospitii sumptum in illa strage*  
 ƆH111Ɔ 1Ɔ ƆN1 N1Ɔ1.  
*Sudor decedit in vulnerum*  
 1N111 ƆH111 1 11111NY  
*Oceano perdidit exercitus etatem*  
 111 TARƆ1 N1 11Ɔ1.

*Rudum* præteritum est à verbo *eg Ryd*, quod propriè est navem exonerare, quasi diceret laude se exonerasse eos, quos debellaverat. *Diminunc*, quidam Danubii ostium explicant, ego malo Dimini portum in Oceano orientali, ut vocant, olim situm. *Gisting* sumptus hospitii; intelligit cadavera hominum prostrata, quibus pasceretur. *Sveiti* Sudor: sanguinem innuit. *Solium se*, vide supra. *Æfe*, ætatem notat; hic vitam.

IV.

*Pugnāvimus* *ensibus*  
 \*1NƆƆNY N1IR ƆH1 \*11RN1  
*Pugna* *facta copia*  
 \*H1ƆN ƆN111R N1RƆ 11R11.  
*Cum Helsingianos postulavimus*  
 ƆA IR \*H111ƆR1K \*H1ƆTNƆ.  
*Ad* *aulam* *Odini*  
 TIR \*H1ƆN111 11R1N  
*Naves direximus in ostium Vistule*  
 11RƆNY NN11 1ƆN.

Aa

Микро



*Mucro potuit tum mordere*  
 АРРПР ММРІ РА ВПМ  
*Omnia erat vulnus unda*  
 АММ ПАР ПМРІ РММРІ  
*Terra rubefacta calido*  
 ЛНПР РАРІК \*ННН  
*Frendebat gladius in Loricas*  
 РРММР ВРММР І ВРММ  
*Gladius findebat Clypeos*  
 ВІММРПР УММР ИМММРІ

*Heidins kuonar Pugna.* *Heidin* Rex erat & bella-  
 tor strenuus, cujus uxor *Hildur*, quo nomine etiam bel-  
 lum indigetant. Vide Eddam in mythologiis, *Heimsa-*  
*la* ab *Heim* domus, *Sala* aula. Bello caesos Odino ma-  
 ctari & in ejus aulam post mortem recipi, credebatur vetu-  
 stas. *Iv* fluvius Vistula jam dictus. *Byta*, metaphora à  
 feris desumpta & ad enssem translata. *Gialfur* levior ma-  
 ris unda. *As* absolute Odinum notat, qui pater erat A-  
 sianorum, *Ver* conjunx, quæ illi terra; hinc *Asver* ter-  
 ram indicat. *Rodin* Rubefacta, à verbo eg. *Roda* rube-  
 facio. *Gremade* metaphora à ferocientibus desumpta  
 animalibus. *Ben* vibex, *Sildur* Halex, hinc *Bensildur*  
 gladius ob similitudinem coloris & figuræ.

*Pugnāvimus ensibus*  
 \*ИМММР ПМР ПМР \*ИМММ  
*Memini neminem tunc fugisse*  
 \*МММ ИММММ РА ПМММ  
*Priusquam in navibus*  
 ЛММ А \*ИМММ \*ИМММ  
*Herandus in bello caderet*  
 \*ИММММ ИМММ ПМММ  
*Non finxit navibus*  
 УМММР ИММММ ЛМММММ  
*Alius Baro prestantior*  
 ЛМММ ММММ ПМММ

*Mare ad portum*  
 РНРРА НРНР ТИР РАИРИИ.

*In navibus longis post illum*

Я РАКРЧИУВНУ ИПРАК.

*Sic attulit Princeps passim*

ИЯ ВАР ИУРНКРНУ НИРА.

*Alacre in bellum cor.*

ИКАРА ПРАУ I ИТАР \*ИАРАИ.

*Hemlis bestum* in navibus. *Hamle* sive *Hemle* scalmus est vel ligamen quo remi in lateribus continentur, ne inter remigandum divagentur. Hoc nomen vel aliud quodvis ad navem pertinens, junctum nomini alicujus animalis, navem significat. *Lundur* avis est maritima, quæ quia rarius aliis aquis quam mari insidet, illius campus mare dicitur, ut & reliquarum talium avium. Hæc avis in Islandia est frequentissima, & terram instar cuniculi fodit, inq; scrobibus effosis nidificat. Vide Epistolam Hojeri ad Clusium de avibus Farenfisibus, citatam à Nierenbergio pag. 230. *Læge* est navium statio.

VI.

*Pugnavimus ensibus*  
 \*ИПРРНУ НИР ПИР \*ИАРНИ.

*Exercitus abjecit clypeos*

\*ИР УЛИАЛРІ ИУІАМРНУ.

*Cum hasta volavit*

РА ІР \*РАПРАРИ РІКРІ.

*Ardua ad virorum pectora*

РИИАНУ ЛР ПНМА ВРИИАНУ

*Momordit Scarforum cautes*

ВИА I ИУАРПНА ИУІРИНУ

*Gladius in pugna*

ИУЛІРІВИРНУ АА \*ІАМРИ

*Sanguineus erat clypeus*

РАРІКК НАР РАМРА ПЛКІ

*Antequam Raso Rex caderet*

ЛРНА РАПР УАКРНУ ПІИИ

*Fluxit ex virorum capitibus*  
 ÞRHP NR \*AÞA \*ANHNÞ  
*Calidus in loricas sudor*  
 \*HHP A BRMMHNÞ HHHI.

| <i>Thorrodur Runamestere</i>                      | 38      | <i>Waldemarus II. quando vixerit</i>                            | ibid.      |
| <i>at Tralla Runum</i>                            | 128.    | <i>Willuruner.</i>                                              | 39.        |
| <i>Tvhlidendur</i>                                | 122     | <b>Y.</b>                                                       |            |
| <i>Tyr</i>                                        | 95.112  | <i>Y in Lingva Latina unde.</i>                                 | 73.        |
| <b>V.</b>                                         |         | <i>Y in U mutatio.</i>                                          | 5.         |
| <i>U literæ figura quæ melior</i>                 | 86.     | <i>Y quomodo pronunciandum</i>                                  | 2.         |
| <i>U cur prima inter vocales</i>                  | 89      | <i>Yr</i>                                                       | 95.101.113 |
| <i>Varietas omnium literarum Runicarum</i>        | 59      | <i>Yrlandi unde dicti</i>                                       | 101        |
| <i>Varietatis lit. Runicarum causa</i>            | 57      | <i>Ymer quis</i>                                                | 184.       |
| <i>Veffjur</i>                                    | 40.103. | <i>Ymeri caro.</i>                                              | 169.       |
| <i>Versus</i>                                     | 3.166.  | <i>H an decima sexta veterum Litera</i>                         | 73.        |
| <i>Versuum divisio</i>                            | 167     | <i>H potestate respondet Y &amp; R</i>                          | 75.        |
| <i>Viburgenses Runæ</i>                           | 55.     | <b>Z.</b>                                                       |            |
| <i>Vitis</i>                                      | 164.    | <i>Zvingerus defenditur.</i>                                    | 128.       |
| <i>Vijse quid, unde dicatur</i>                   | ibid.   |                                                                 |            |
| <i>Villuruner</i>                                 | 39.     |                                                                 |            |



# SPECIMEN LEXICI RUNICI,

Obscuriorum quædam vocum, quæ  
in priscis occurrunt Historiis & Poëtis Dani-  
cis, enodationem exhibens.

Collectum,

à

DN. MAGNO OLAVIO  
Pastore Laufasiensi in Islandia doctissimo,

Nunc

in ordinem redactum  
Auctum & Locupletatum,

ab

OLAO WORMIO,  
in Acad. Hafn. P. P.



HAFNIÆ,

Impressum à Melchiore Martz an Acad. Typog.

ANNO M. DC. L.



— SPECIMEN —  
LEXICON

Obtinetur in omnibus locis, per  
in parte...  
...

Dr. M. G. O. L. V. I. O.  
L'abbé L. ...

O. L. A. O. W. O. R. M. I. O.  
M. ...



H. I. E. M. E.  
L'abbé L. ...

BENEVOLO LECTORI  
 OLAUS WORM  
 S. P. D.

**L**exicon quod exhibeo, in mei solius usum non uno anno elaboratum est. Cum enim instinctu & rogatu Majorum, me prisca nostræ Literaturæ illustrandæ applicuissem, varia occurrerunt in ardua hac semita, à nemine, quod sciam, ante me calcata, quæ ambiguum sapius me redderent, atque non parum in proposito remorarentur, eos consulere coactus sum, quos in hac palestra exercitatos intellexeram. Qui enim Alphabeta aut Chartulas quasdam in hoc genere sparserunt, nihil quod animum explere posset, suppeditarunt. Quia vero in Patria paucos inveni, qui manus auxiliatrices porrigere possent, ad Islandos (quibus priscam nostram Linguam familiarem noveram) confugi. Apud quos jam paulatim depravari & alienis vocibus corrumpi, sapius indolui. Viros igitur ejus Insulæ literatos & antiquitatum peritos familiares mihi reddidi, quos de remotioribus ac nostro idiomate dubius subinde consulerem, quod singulis annis semel tantum ob loci distantiam, & nunciatorum raritatem fieri potuit. Multum tamen lento illo colloquio profecisse me, ingenue fateor, quod ni grata mente agnoscerem, bonorum favore me indignum judicarem. Precipui verò qui operam mihi locarunt gratissimam fuerunt Vir Reverendus & doctiss: Dn. Thorlacus Sculonius, Diœcesis Holensis Episcopus vigilantissimus, meus olim in Academia hac Regia discipulus charissimus, de Ecclesiis & Scholis Islandiæ Borealis optime meritus. Vir quoque Clariss: Dn. Arngrimus Jonas, Ecclesiarum Borealis Islandiæ olim inspector fidelissimus, antiquitatum patriæ callentissimus, scriptis quamplurimis Islandiæ honorem ac decus vindicantibus, celebris, quem senio confectum, anno præterito diem suum obiisse seriò dolent omnes ejus Insulæ Literati pariter & illiterati. Operam quoque gratissimam inter reliquos ejus tractus contulit Dn. Magnus Olavius, hujus Lexici autor primarius, olim Scholæ Holensis Moderator, tum Ecclesiæ Laufasensis pastor fidelissimus, Poëta in utraq; Lingua felicissimus, quem cum subinde consulerem, per aliquot annos, jam u-


nam, jam aliam partem hujus Lexici transmisit, indigestam tamen, & interpretatione fida indigentem. Quæ omnia cum haud parum ad Lingvæ & rituum priscorum illustrationem conferre viderem, cepi post ejus obitum schedas colligere, omnia in ordinem redigere, & quæ interpretatione Latinâ indigere videbantur, in gratiam exterorum toga Romana donare, atq; ab aliis haustis & perceptis locupletare, sperans me rem non ingrati omnibus Lingvæ & rituum priscorum septentrionalium cupidis facturum; præsertim cum à viris quibusdam Literatissimis hanc operam apud externos expeti perciperem. Cumque distracta Literaturæ meæ Runicæ exempla, prælorursum subjicere gestiret Typographus, ei haud incommode subjungi posse existimaui; Literas ut exciperent voces, quarum adminiculo Monumenta ac Fasti facilius ac melius à curiosis intelligerentur. Caterum non est quod hic vocum omnium priscarum completum expectes Lexicon (quod alios in Islandia tentare novi) sed maxime obscurarum, poëticarum, & talium, in quibus ipsi Islandi, antiquitatum imperiti, quandoq; hærent, specimen. Quod non nuda propinat vocabula, sed una res magni momenti, ex præcipuis Historicis & Poëtis, documentiloco, adductas, quæ antiquitatum & varia Literaturæ studiosis, maximo esse possunt usui. Autores quod attinet qui hic citantur, rari illi sunt & non editi, in archivis quorundam Doctorum in Islandia M. S. S. latitantes, quorum catalogum hic addere, opera duxi precium, eorum qui ad manus meas pervenerunt addito argumento, ut vel gustum aliquem eorum habeas, reliqua eruditis in Islandia commendans, ut eorum usum fructum, non sibi soli, sed reliquo orbi literato communem faciant. In quo cum laborare jam intelligam virum doctissimum M. Brynolphum Svenonium, Australis Islandiæ Episcopum vigilantissimum: amicum meum dilectum, ut strenuè in proposito pergat, & diutius tot desiderii bonorum non desit hortor. Quin patriæ honorem, sibi verò gloriam & famam hisce studiis sit conciliaturus non dubitabit. Ego certè ingenue fateor, tot magnorum virorum in exteris applausus effecisse, ut me nunquam horum laborum penituerit. Hæc sunt benevole Lector, quæ te scire volebam. Tu porro conatibus hisce favere perge, sic ad majora alios animabis; ego n. in Climacterico meo magno curis & laboribus fractus, lampada successoribus in hoc genere, lubens jam trado.

Sylla-

SYLLABUS

AUTORUM, quorum in hoc

LEXICO testimonia ci-  
rantur.

 *Rnon Skald.*  
*Aurvar Oddus.*

*Bandamanna Sagu.*

*Bua Sagu.*

*Brynolphus Svenonijs.*

*Edda*, fons est & fundamentum totius priscae poeseos, fabulis constans veterum septentrionalium, ex quibus Rhythmistae allegorias, obscuras rerum appellationes & elegantias suas depromunt. Duplex vero est, una antiquior, cujus autor dicitur *Semundus Frode*, constans meris Rhythmis, obscure adeo fabulis involutis, ut vix jam intelligatur ab ipsis Poetis. Pluribus constat capitibus, quorum quodvis cantilena est, diversis metri generibus exarata. Primum caput *Voluspa* dicitur, de Deorum agens origine, aliud *Runa capitula* dicitur, tertium *Havamal hin gamle*, praecipua ethica continens, &c. Secundae Eddae autor statuitur *Snorro Sturlesonius*, qui hanc Eddam ex priore congescit, cui plerumque jungitur *SKALDA*, metrorum & Rhythmorum leges continens. Horum librorum mihi elegans est exemplum, in folio in membrana, antiquis literis exaratum, quod dono Clarissimi viri, DN. ARNGRIMI JONAE, p. m. possideo. Rari alioquin sunt, & non ubivis obvii codices ejus generis.

*Eigla*. Historia est Egilli Skallagrimi, de quo consule *Crymogeam Arngrimi*. Elegans ejus Poema vide ad calcem *Literaturae nostrae Runicae explicatum*, quod in laudem Regis *ERICI Blodox* cecinit, quoque vitam mercatus est.

*Eyrbyggja*. Historia est, memorans quo pacto occidentalis Islandiae tractus, primo ab incolis sit occupatus.

*Gragæ.* Antiquus est Legum Norvegicarum & Islandicarum co-  
dex.

*Gretla.* Historia Gretteri.

*Halfrodar Saga,* seu Historia Halfrodi.

*Historia Sigurdi Hafnsbana*.

*Historia Sturlaugi Starfsama,* seu laboriosi.

*Jarla Saga.*

*Isfyrdinga Saga*.

*Knitling Saga.* Historiam continet quorundam Regum Daniæ  
à Svenone Estritio, ad obitum Woldemari Canuti filii. Hujus  
mihi est copia.

*Krökarefs Saga.* Vide literam V hujus Lexici, in voce *Uyglysing.*

*Niala*.

*Olafs Saga.* Historia S. Olai.

*Olafs Tryggvasons Saga*.

*Orkni Saga.* Historia Orcadensium.

*Orms Saga.*

*Pugna vitiorum & virtutum.*

*Quæda Eigla.* Egilli relatio.

*Rauds Fättur.* Historia Raudonis; particula est Historiæ Olai San-  
cti. Hujus & mihi copia.

*Ragnars Saga.* Historia est Regneri Lodbrog. Cujus Epicedi-  
um explicatum vide ad calcem *Literaturæ Runicæ.*

*Rógválds Fättur.*

*Sigurdur Skald.*

*Vetus translatio.*

*Wadtx dala.*

*Wigaglums Saga.*

CELEBERRIMO & FELICISSIMO  
ANTIQUITATIS PATRIÆ VINDICI  
OLAO WORMIO,

Viro in omnibus exquisito, gratulantis  
animi adfectum testari voluit

NICOLAUS WITTE

Med. D.

**D**um dubiis Patriæ Monumentis, optime WORMI,  
Alluces certam, non sine laude, facem:  
Hoc oritur dubium: Quis plura hic debeat? An Tu  
Plus patria, num plus debeat illa Tibi.

Aliud.

**N**ascentis Patriæ debes primordia vita  
Illa renascentis, debet OLAE Tibi.  
Illa Tibi lucem, pius hanc Tu reddis eidem:  
Debendi sese credit uterque reum.

Ad

Virum Clarissimum & Excellentissimum

DN. OLAUM WORMIUM

Medicæ facultatis Doctorem experientissimum, ejus-  
demq; in Regiâ Academia Hafniensi P.P. Antiquitatum  
Danicarum Vindicem solertissimum,

Dominum & Fautorem meum omni obsequii  
& honoris genere prosequendum;

Lexicon obscuriorum vocum in Lingvâ Veteri Danicâ subinde  
occurrentium divulgantem, Grati affectus testandi  
ergo scribebam.

RUNOLPHUS JONAS Islandus.

**A**Rgolicæ secreta domus perquirere certant,  
Qui calami fulco chartea rura colunt

INDEX

Nec

Nec desunt, Latii mysteria prisca Qviritis  
Pandere solerti qvi ratione student.  
Intereà densis patriæ monumenta tenebris  
Abdita, sqvallenti diriguere situ.  
Res patriæ primus longinqvis eruit umbris  
WORMIUS, ostendens qvæ latuere prius.  
Qvod decus est Grajis conferta volumina fastis  
Condere, qvâ Scriptor plurimus egit iter?  
Aut qvæ palma fuit, libros superaddere libris,  
Oenotrii tradunt qvi monumenta soli?  
Antiqvos Boreæ ritus referare, perenne  
Hoc erat ingenii nobilioris opus.  
Hic qvia non alio est calcatus acumine trames,  
Calcatai laudem WORMIUS unus habet.  
Dicitur Ægides præeuntia fila secutus,  
Per Labyrinthas usse redisse domos.  
Te lingvæ abstrusos acies rationis in ortus  
Norvegicæ, mundi duxit OLAE decus.  
Nec tibi trita manu Scriptorum semita, clausas  
Sed stravit mentis vis generosa vias.  
Ergo tuum gratus studium mirabitur Orbis,  
Et laudem à sera posteritate feres.  
Vive, vale, WORMI, dum Mænalis Arctica Thulen  
Respicit, & lucis Cynthius auctor erit.



# LEXICI RUNICI

## SPECIMEN

Obscuriores tam in soluta quam

ligata oratione Danorum prisca,

voces exponens.

ᐱ. *Aa*, Amnis, fluvius. *Logbok. Ef fleiro menn*  
 ᐱ *Heign aa saman þa skal skipta henni ad vikum sa-*  
 man *edur smerra.* Si plures homines possident  
 amnem unâ, dividendus est per milliaria vel minu-  
 tiora.

ᐱᐱ. *Aan*, Molestia vel defectus. *Haralz sogn. Aan er*  
*ills geingis nema heiman haffe.* Carere est signum ma-  
 li successus, ni domi quicquam reservatum fuerit.  
 Aliquando est Præpositio *aan* vel *än*, & significat sine,  
 vel citra, ut Græcum *ἀνευ*, unde Proverbium: *þad er*  
*minstur aan* (nomen) *ad vera ills aan* (Præpositio.)  
 Minimus defectus est esse sine malo.

ᐱᐱᐱ. *Aar*. Annonæ proventus, hinc ᐱᐱᐱ. *Aar* An-  
 nus quoniam anni felicitas largo proventu quoscunq;  
 ditat. Hinc & ᐱᐱᐱᐱ. *Aurir* liberales, qui ex anni pro-  
 ventu, aliorum necessitatibus succurrunt. Bonam  
 quoque existimationem, quam pro meritis opulentis  
 reddunt, per Metonymiam etiam ᐱᐱᐱᐱ quandoque vo-  
 carunt.

ᐱᐱᐱᐱ. *Aast*: Dilectio qualis inter amicos esse solet.

ᐱᐱᐱᐱᐱᐱᐱ. *Aastvinur*: Intimus amicus.

ᐱᐱᐱᐱᐱᐱ. *Abyrgd*: tutelæ commendatio, ubi quid alteri  
 commissum est, ut is solvat precium si res perierit. Sæ-  
 pè in Legum codice occurrit hæc vox. Hinc ᐱᐱᐱᐱᐱᐱ.  
*ad Abyrgiast*, tutela conservare.



- ABURÐUR** *Aburdur*, Caulæ vel culpæ illatio. *Logbok. Þa er þa aburdur fullur.* Tunc erit plena illatio.
- ABURÐAR MAÐUR** *Aburdar maður*, Qui vestes pretiosas gerit. Hinc **AF BERASTA**, ad *berasta*, vestitu luxuriare.
- ADDRATTER** *Addratter*. pl. Num: Quæ attrahuntur ad domus sustentationem, q: attractiones dixeris.
- ADILE MAÐS** *Adile maðs*: Legitimus actor causæ post aliquem interfectum.
- ADSKILDNADUR** *Adskildnadur*: Disjunctio corporum & sententiarum, sed posterius hoc **AFRIMMÞUR** propriè dicitur, cum sensus & sententiæ discrepant.
- ADSÖKN**, f. g. *Impugnatio*. *Gretl. Þorer var gamal maður miog og var ecki i adsokninne.* Thorus senex valde, & in impugnatione non erat. *Ibid. Þeir Eggindu menn til adsoknar og giordu þa enn harða bryd.* Ad impugnationem incitarunt, & magnam excitarunt tempestatem.
- AFANGAR** *Afange* m. g. in plurali *Afangar*, Viatorum diversorium, locus certus, ubi viatores subdicio quiescentes & cibum capientes, equis etiam dimisis frenis pabulare permittunt.
- AFARKOSTER**. pl. num. *Conditiones duræ*. *Egl. Liet Haraldur Kongur huorn giora annad huort ad giorast hannum þionustu menn eda fara aflandi burt, enn ad þridia kosti, seta afarkostum eda lata lifid.* Rex Haraldus iussit alterutrum fieri aut ut servirent ipsi, aut exularent, aut tertiam hanc amplecterentur conditionem tetram satis, ut se redimerent, aut vitâ privarentur.
- AFARYRDE**, n. g. pl. n. *Convicia*. *Em er Bondi heimtte verdid var honnum svarad afaryrdum?* *I Jarla S.* Cum Dominus postularet pecuniam, pro redemptione, convitiis exceptus est.
- AFBERAST**, id est mortuus. *At lata afberast.* *I Halfrads S.* *Ottar vil skipa til um fiarfur sitt adur han-*

*hann láti afberast.* Ottarus rebus suis prospicere cupit antequam moriatur. Ille dicitur *at lata vel afberast*, qui magno animo & patienter fert ærumnas.

ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ *Afbragd manna*, Vir excellens. *Gretter er mikid afbragd annara manna sem nu er kostur a voru landi*, & scint mun hann med vopnum verda söttur ef han er heill. *Gretterus* virorum nostræ patriæ est excellentissimus nec facillè armis expugnabitur, si incolumis maneat.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ *Afburdar*, Præstantia. *Hann ber af ollum*, antecellit omnes. *Afburdar mikill*, præcellens alios magnitudine.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱ *Afeingt aul*, Cerevisia fortis, quæ maxime inebriat. *Gretter let ofpart olid þad afeingast var til.* *Gretta* liberaliter propinabat cerevisiam optimæ notæ. Hinc Proverbium: *Aulid er annar madur*, Cerevisia est alius homo, & Ille qui cerevisia obrutus est multum a se ipso distat.

ᚱᚱᚱᚱ *Afl*, m. g. Fornax in officina fabrorum. *Smidurinn lagde Svijnfelld fyre aflinn*, Faber corium apri in fornacem jecit.

ᚱᚱᚱᚱ *Afl*, n. g. Robur. *Bandamanna Sögu.* *Þat ma vera ydur verdi þad eje um afl*, Non superet vires tuas. Item *Efldur*, Robustus.

ᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱ *Afla fatt* indeclinabile. Impotentia, imbecillitas aliquid faciendi. *Orms Sögu.* *Þeim verdur alldreif afla fatt sem þa hefur a höndum.* Nunquam deficiunt vires illis, qui in manibus gestant.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ *Afluttur*, Delatus. *Gretl.* *Var hann mrog afluttur fyrer Kongi.* Valde delatus erat coram Rege. Item: *Ecki var han vinsell af alþydu*, *Þui han aflutti mikid fyrer þeim monnum sem voru med Þorkiele.* Vulgus eum non æstimabat, quia viros qui cum Thorchillo erant deferebat. a verbo *eg afflyt*, invehō.

ἈΠΡΗΠΝἈ ἈΠ ἈΠΝΙ *Afrendur ad afli*, Præ cæteris fortitudine præstans. Alias *Urtoku madur*. *Hallfredur* var þa sem þroskamestur, hann var bædi mikill vexti og afrendur at afli, hraustur og skiotur til arædis. Haltrodo vires ad summum pervenerunt proceræ erat staturæ, fortitudine præstans, in rebus expediendis celer.

ἈΠΡΗΥ *Afrek*, Facinus. Item: *afreks verk*, idem. & *afreksmadur*, facinorosus, præclarus fortitudine. Quod frequenter occurrit in historiis.

ἈΠΡἤΨ *Afröf*, n. g: Expeditio magni alicujus operis. *Gretl*: God giarner menn sagdu þeir mundu mikid afrof giora, adur en þeir varu drepner. Viri fortes dixerunt se magnam edituros stragem, antequam cæderentur.

ἈΠΗΒΡΗΠἤ *Afsprengi* n. g. in Gen: *afsprengis*, posteritas. *Nial*: Hann er vinar vors afsprengis. Amicus nostræ posteritatis.

ἈΠΝΗ *Afus*, Promptus, paratus lubens. *Afusa*, promptitudo. *Afusu giestur*, acceptus hospes vel desideratus.

ἈΠἈΠἤἈΨἤ ἈΠἤἈ *Agangsamur madur*, Vir vim & violentiam inferens.

ἈΠἈΠἤἈΨἤ ἈΠἤἈ *Alaupsmenn*, Latrones alios & eorum bona invadentes, ab *a* ὀ: in, & *hlaup*, cursus.

ἈΥἈΨἤ *Akafé* m. g. Vehementia. Item *Akefd* fœm g. Hinc adj: *akafur* & *akaflegur madur*, & Adverb. *akaflega*, vehementer.

ἈΥἈΡἤ *Akarn*, Acer aceris arbor, aliquando pro folio defluente arboris capitur. *Edda*: Þycke mier sem akarn nokud felle i hof vid mier af trienn. Folium arboris videbatur decidisse in caput meum.

ἈΠἤἈ *Albeinn*, in excipiendo promptus.

ἈΠἤἈ *Albunn*, omn. gen. Omnino paratus.

ἈΠἤἈ *Albragdlegur*, Pulcher & bene forma-

tus. *Raud P: Hannsa Croß med albragdlegum hatti.* Vidit crucem omnimodè ornatam.

ᚠᚠᚱᚱ Aldran, Senex. *I Falla Sagan: Latir um oxlfa er utar alldræn madur a tialldi-slydur vönd ofan ryda.* Senex qui exterior erat, gladium quem humero gestabat, dimisit.

ᚠᚠᚱᚱ Aleiga, Univerſa poſſeſſio: unde *aleigu mal*, in codice legum: Quando tota res viri pro multa ſolvitur.

ᚠᚠᚱᚱᚱᚱᚱ Alioſtrade, Qui alium incitat ad facinus aliquod perpetrandum. *Gragaas: Þad er Alioſtrade ef madur gilldrar til þeß ad vapn falli a arman.* Alioſtrade dicitur, ſi quis cauſa ſit ut alius occidatur aut lædatur.

ᚠᚠᚱᚱᚱᚱᚱ Alldurtyle, m. g. Senio adeò confectus ut mori cogatur. Forſan à Græco *τελος*. *Vet. Transl: Saul blies ögnun og alldurtyla.* Saul ſpiravit minas & interitum. Item in *Egln. Ætla eg þær lycter munu a verda ad vier munum alldurtyla hliota af þeim Kongi:* Exiſtimo hunc nos habituros finem, ut apud hunc Regem necem reportemus.

ᚠᚠᚱᚱᚱᚱᚱ Almali, n. g. Omnium ſermo. *Gretla: Var þad almali ad einginnr veri slykur madur a landinn fyrer aßs saker, og allrar at-giorve sem Gretter:* Omnium erat ſermo neminem totius regionis præſtantiorem eſſe robore & humanitate Grettero.

ᚠᚠᚱ All, Gurges, altum aquæ.

ᚠᚠᚱᚱ Alög, pl. n. n. g. Gravamina, exactiones. *Hakon hafdi alög mikil vid vine Magnusar farls, þa er honum þotti verſter haða verid i moti fier i þeira skip-tum.* Haquinus multis gravaminibus onerabat amicos Magni comitis, qui malo in ipſum fuerunt animo in negotiis adminiſtrandis. *Alög item fatidica imprecatio. Inde adagium: ad verda fyre a lögum.* 3: Atrox vaticinium incurrere.

ᚠᚠᚱᚱ Alur, Subula. Inde; *Paræmia: allt er sem leike a*

*als odda*: Omnia versari velut in cuspide subulæ vel acicula. Usurpatur hoc adagium in historia Rolvonis Krake, pro tumultu vehementissimo & convassatione.

ἈΠΥΔΑ *Alpyda*, f. g. Vulgus: quasi *oll þrod*.

ἈΥΛΙΝΙ *Amale*, n. g. Vituperium. *Gretl*: *Af þeir hefur þu nú rekið amaled*. A te jam removisti hoc vituperium.

ἈΝΑΥΔ *Anaud*, n. g. *Anaudar* in gen: Servitus. *Egl*: *Minn þeir vilja taka up þad Rad at ganga með þalfvilja i anaud og giorast þralar*. An hoc velint capere consilii ut sponte servitutem incurrant ac servi fiant.

ἈΝΔΡΑΑ *Andraa*, f. g. Conflictus, impetus, ex *and* præposit: adversus, & *raa* impetus. *Olafs Saga*. *Vor stille hefur illa andraa getid honum Norrøgs Konge*. Noster Rex tetrum suscepit conflictum in Regem Norvegiæ. ἈΝΔ *And* Præpositio: *avli*, contra, adversus. *Inde*:

ἈΝΔΙΔΡΕ *Andvidre*, n. g. pl. n. Ventus contrarius. *Jarla S*: *Þa togduft a andvidre stór Seig*. Tum vento contrario magnam obtinuimus victoriam. Item: *Andþöf*, remigatio in adversum. *Andselis*, contra solem. *Andheris*, adverso crine.

ἈΝΔΓΕΙΣΤΙ ΜΑΔΥΡ *Andgeistu madur*. *Bandamanna S*: *Oblocutor*, *Sustirro*.

ἈΝΜΑΡΚΑΡ *Anmarkar*, plur. num. mascul. gen. *Nævi*. *Jarla S*: *Nú þo ad Jarli Þatti a huert veggju anmarkar syner*. þa tok han þo þan kost ad leggja alt a Kongsens valld. Quamvis comiti utrumq; videretur, tamen eam conditionem accepit, ut se imperio Regis committeret.

ἈΝΑΥΔΓΕΡ ΜΕΜ *Anaudger mem*: *Servi vi subacti*. Vide *Heidecks Kongs Þatt*.

ἈΝΤΥΡ *Antur*, *Mos creber*. *I Fornum Sögum*: *Hann hafdi*

*hafdi þan antur ad hann gieck i elldaskala. Hic ejus erat de industria mos, ut in culina versaretur.*

ABANÞNR *Apalldur*, Malus arbor. Inde *Apalgrar*, Subniger. *Niála: Þráinn atte Hross apalgratt.* Trajanus possedit eqvum subgryseum.

ABM *Aple*, Vitulus: Videtur ab Hebræo vocabulo deductum. Si אֶלֶן apud eos est idem ac Bos latinis. Item: *Aplakalfur*, α: abortivus vitulæ foetus. Fit horum mentio in exprobratione magnatum i *Bandamanna Saga*.

ABANÞNR *Aptantyder*, pl. n. Vesperæ, vel preces vespertinæ. *Liet Byskup reisa landtialld sitt a vellinum, og söng þar aptantyder.* Tentorium luum in campo erigi curavit Episcopus, & vespertas ibidem cantavit.

ABANÞNR *Aptnar*, Vesperascit. *IBua S: En er aptna tok geingu þur fyrer Dófra Kong og heilsudu honom.* Ubi ad vespertascebat Regem accedebant, eumq; salutabant. *Miduraptan*, Hora sexta, quasi media vesperta. Horæ terminus antiquis frequenter citatus.

ABANÞNR *Apturganga*, f. g. Spectrum. *Vard all-drei mein ad apturgöngu me Reim leikum þar sydan.* Nunquam ibidem talia conspecta sunt spectra.

ABANÞNR *Apturgöngu menn*, Spectra, quæ post mortem alicujus apparent, nos jam *Giengangere* vocare solemus. *Var þui meire ofagnadar kraptur med Glame em flestum odrum apturgöngu monnum.* Tristitia major nata est ex Glamo, quam aliis spectris.

AR *Ar*, Æra, Annalium initium. *Voluspa: Ar var allda þa Ymir bygde.* Æra seculorum erat cum Ymerus incoletet.

ARP *Argafas*, n. g. Irritus, impetus. Vox juris, quando aliquis iratis gestibus ostendit se irruiturum in adversarium, sed ipse se cohibet. *Ecki a Kongur*

*a argafase.* Rex non habet jus exigendi quicquam ab eo qui hoc committit.

**ARIN** *Arin*, m. g. *arins* in genitivo, Focus. *Arinhella*, Petra in foco collocata, cui ignis superstruitur. *Hella* enim petram notat; vel petram notat foco vicinam, cui quis insidere potest dum se calefacit. Hinc **ARINHAUKUR** *Arinhaukur*, Senex inutilis, qui 80 annos egressus, nihil præstare valet, nisi foco assidere & ignem ventilare. Ab *arinn*, quod lapidem propè focum notat, & *haukur* accipiter: quòd quemadmodum accipiter brachio aucupis insidet, ita hic lapidi focario. Hinc illud: *Attrædur er arinhaukur og Elldaskari*: Octogenarius est foci assessor & ignis fodicator. Quandoq; pro domo & habitatione ponitur. Sic: *Eigill. Skilag. Kommenn em eg til arinn Ingvars þesser band lyngva.* Ad domum veni Ingvari, qui amicum invitavit. Quandoq; elatiorum domus locum designat, ut in *Rands þat. Imiddin husenn var Arin kringlottur og pallar umhverfis up ad ganga.* In media domo areola erat rotunda, & gradus in circuitu ad ascendendum. *Arins elldur*, Ignis vestalis. *Gragas: Þriyr eru naudsynia eldar: Hybila elldur, arins elldur: og vita elldur:* Tripliciter necessariò usurpatur ignis; pro focus, aris & specula.

**ARMADUR** *Armadur*, Præfectus domus aut arcis. *Egl: Þorer Þruma var Armadur Haralds Kongs, hann ried fyrer Bæ hans i Þrumu.* Thoro Thruma præfectus erat Haraldis Regis, ejusq; domus ei erat concedita in Thromo.

**AR** *Ar*, Labor, Cultura. Inde: *ad eria*, arare, & *ardur*, aratrum. *Uxenn er optast fyre ardur hafdur.* Taurus plerumq; ante aratrum ponitur. *Rym beimgla* item *Paremia: Þad dregur lytinn ardur:* Nihil ferè trahit aratrum: quod parum prodest.

**ARMSKAPADUR** *Armskapadur*, o. g. Claudus aut membris

bris fractus. *Ol: Sag: Kona var em armskopud og kropmid oll saman svo ad bader fetur law binger vid þrom upc.* Fœmina erat clauda & membris adeo fracta ut pedes versus superiora retracti.

ARHMF *Arsell:* Sic dicitur Rex aut princeps sub cuius imperio omnium rerum uber est proventus. *Hu- vardur arsell* dicitur Baro quidam Orcadum ea de causa.

ARHMH *Arsalur, Stragula. Eyrbyggja. Þorgumma skipadi ad Arsall Simm.* Thorgunna stragulas & lectisternia sua dividebat.

AH *As, Asiaticum, seu Deum, divum, divinum, Odi- num Asarum principem, vel Thorum Asarum Im- peratorem fortissimum significat. Ab hoc nomine junctis aliis sibi nomina imposuerunt veteres, deco- rum putantes à Divis suis denominari. Hinc As- biorn, Danis Esbern, Dius ursus: As-geir, Dia ha- sta, dium verutum: As-gautur, Dius autor: Asgri- mur, Dius lupus: As-ketill, Dius Canis: As-kell, Eschillus, Dius alienus: As-lakur, Danis Axell, Di- us famulus: As-mundur, Dia dos. Pari modo ab Asa fœminino & gentili desumptum Asa propri- um Dea Dium. Asgardar, Dia manitio, septio. Aslang, Dia lavateria, &c. Item Ethnicis juramē- ti postulatum: So hialpi mier him Helge Aas: Ita me juvet Deus ille Asiaticus scil: Odinus.*

AHHA bisyllab. f. g. *Asja, in gen. Asjar, Tutela. Gretla: Fan Skapta lagman og bad hann Asja.* Invenit Ska- ptam ac petiit ut in tutelam se reciperet, eodem sensu vidtaka dicitur. *Grymur fór i móts vid Gretter og beiddi hann vidtoku.* Grimerus obviam factus Grettero, petiit ut in tutelam se reciperet.

AHARAHMH *Astrakadur Salur, Stratum Cœ- naculum. Luc. 22. in translatione veteri.*

AHARAH *Asträd, Consilia ex amore profecta. Halfr:*



*Sag: Sie eg asträd yckar vid mig. Video benevola & amoris plena confilia erga me.*

Atatata utututu, Vox efficta ejus qui frigore horrens loqui nititur. Vide Rognwalds Pätt i Orkn Sögn.

Atburder, m. g. plur. n. Res gestæ, Eventus. Gretla. *Hun seigir gremliga fra ollum atburdum er þar hofdu giorst. Omnia ut gesta erant articulatum recensuit. Niala. Þeir atburder vördu i Norege: ad Hakon Jarl var skorinn a Hals af Þrale symm: Hi eventus fiebant in Norvegia, ut Haqvinus Baro á ser-vo trucidaretur.*

Atgiorvis menn, Viri strenui in bel-  
lis exercitati. Gretl: *Gretter var sagt um Olaf Kong, ad hann tok alla menn til sin er atgiorvis menn voru i nokrum blutum, og giorde þa sier handgeinga. Grettero dictum quod Rex Olaus viros strenuos & fortes ad se sumpserit, ex quibus aulicos faceret.*

Au, q: Eheu, particula dolentis. Inde Anþna Aumur, Miser, q: Aumadur. Et

Andvirdur, & Andvirdelegur, Contemptus, ignobilis: (quod malè nunc effertur andvirdelegur.)  
Item:

Auknise, Homo nihili, qui nihil potest sustinere. *Eirn er auknise i ætt huerri: Islendinga Saga. Unus homo nauci in qualibet stirpe reperitur.*

Andna, Sors. Blindur Skald: *Andnan radi allt huad geingur. Fortunæ vel Sorti, eventus comittatur.*

Andbedin, adj. o. g. Exoratu facilis. Eglu: *Ef þu kjiemur heim i sumar þa mun hann andbedin þess farar ferdar. Si hac æstate domum redieris exoratu facilis erit, ad hanc profectiohem.*

Andid, Fors, Fortuna. Jarla S: *Voru þa tveir koster sa annar ad blaupa a land og leifa skipin orvinum synum og fied allt þad er a var, hinn annar ad leggja til möts og lata þa andid rada. Dux erant conditio-  
nes,*

nes, aut fugam facere in terra & naves relinquere hostibus ac omnem in illis pecuniam, aut hosti obviam ire, & fortunæ se committere.

ANPPIAPFI *Audgiasé*, Dapsilis, ab *audur* pecunia, & *gíof* donum.

ANPPIAPFI *Audlingur*, Regis aut Principis filius, qui non est hæres Regni. *Farla S: Seiger hann Rognvalli di Farli at hann var Audlingur ofan a Sercklandi og hafdi þadan verit leiftur med Drommundinum og þad fie er þar var á.* Dixit Ragnvaldo comiti, quod esset principis filius ex Sercklandia, & quod inde fuerit redemptus cum equis & iis quæ secum habebat.

ANPPIAPFI *Andradur*, Moriger. *Isfirdinga S: Þar hion attu Son hann var a unga aldri, manna gior vilegastur mikill vexte og frydur synum, han var þeim og blydim og andradur.* Conjuges isti filium habuerunt, qui in juventute, vir erat gratiosissimus, corpore magno, formosus, præterea ipsis obediens & moriger.

ANPPIAPFI *Audsókt verk*, Facilis effectus res. Item: *Audvellt Randskieggur* quod þat ecki *andsókt verk*. Dixit non facile esse factu. Hinc *Oandsókt*, Difficile.

ANPPIAPFI *Aufugt*, Inverlum. *Gretl: Huoruger lógdu óderum aufugt ord til.* Neuter alterum verbo offendit in verlu.

ANPPIAPFI *Augu*, Oculi pro desiderio quoq;. *Gripur var sa einn er Gretter stodn mest augu til.* Res una præciosa erat in quam maxime oculos defixit Gretterus. 3: desideravit. Quandoq;, pro magno & imperterritito animo sumitur. *Gretl: Ecki vex þier allt i augum.* Non omnia tibi in oculis crescunt. 3: Non omnia magni facis aut vereris.

ANPPIAPFI *Auselia*, Fœmina quæ cerevisiam procurat. *Eigils S: Þar Bardur og Grimbildur blondudu Dryckin og feingu auseliumne og fœrði hann Ægli og þad hann*

- ham drecka.* Barderus & Grimhildur potum miscabant, & foeminae cerevisiam procuranti exhibuerunt, quæ Egillo eum obtulit, ac ut biberet iussit. It:
- ANPR *Aulur*, Ebrius. *Havamal.* *Aulur eg vard og ofur olve.* Ebrius fiebam & inebriatus. ab ANP Cerevisia.
- ANPPIR *Aulfer*, Ambulare potens. *Logbock.* *Hafama madur umbod, þa ham sie attradur ef ham er Hestfer og aulfer.* id est: Octogenarius functione frui poterit, si equo potest insidere, etsi pedibus incedere nequeat. *Aul edur aulan*, ergo ambulatio: *Aulaft i framn*, prorsum ambulare. Et
- ANP *Aule* Nomen m. g. Ambulo ambulonis, & per despectum ita appellatur stolidus & rudis. *Aula menne.*
- ANPPIR *Auldur*, Mustum vel mulsum: *Havemal:* *Jord tekur vid öldre.* Terra recipit ebrietatem.
- ANPPIRPIRPIRPIR *Aunderdur vetur*, Prima hiemis pars, jam *Aundverdur.* *Olafs S:* *Aundverdun vetur lyste Kongur þui ad ham wilde menn senda til Jamtlands at heimta Skatt.* Ineunte hyeme proclamavit Rex; se missurum in Jemptlandiam qui vectigalia exigerent.
- ANRYPIPIPI *Aurkumsl.* pl. n. n. g. Vulnere magna. *Gretl:* *þa veru fallner fim men em fim sarer til olyfis og aurkumsla.* Occisi erant quinque homines, & quinque lethaliter vulnerati.
- ANPI *Ausa*, Sicula quo liquor ex majoribus vasis exhauritur.
- ANPIPIR *Austur*, est Sentina vel sentinae haustus.
- ANPIPIRPIRPIR *Auxna meigin*, Taurina fortitudo. *Gretl:* *þorbiörn var allra manna sterkastur, þui var ham kalladur Auxna meigin.* Thorbernus fortissimus erat omnium, hinc dictus Taurina fortitudo.
- ANPI BPIRPI *Axl-byrdi*, Quantum humeris quis ferre potest. *Gretl:* *þar la fyrer homnum rötartrie so mikid sem varer axlbyrdi.* Obviam illi erat grande lignum

lignum cum radice, quantum humeris gestare potuit.

ΑΡΙΑΚ ΑΡΙΑΝ, Idem ferme quod *Anand*. Cum servitutes augentur. *Egla. Af Þessari arian og Þrældome, flydu marger menn af landi á burt*. Propter has servitutes, multi aufugerunt aliò se conferentes.

ΑΙΗ ΑΕΣ, Ora calcei vel corii. *Logbok. ΑΕΣ i bande*, pro palaribus bouum quorum ora ligamine sunt astricta.

## B.

ΒΑΙΗΙ ΒΑΙΕ, n. g. Latibulum, prædonum. *Gretl: Fæder munu adkomaðt ef eim madur roskur er til varnar up i Βαίinu*. Pauci perveniunt eò, ubi unus homo est in præsidio.

ΒΑΡΨΝΡ ΒΑΔΜΥΡ, Pratum. *Voluspa. Hulin har Βαδμυρ hviytum aure*. Tegitur sublime pratum alba arena. Cœlum ibi intelligitur.

ΒΑΡΡΑΡΝΑ ΒΑΓΡΑΔΥΡ, Adj: Qui sinistra dat consilia. *Ol: Sag: Hallfredur sagdi at hann vill þeim um ekkert vera bagradur ef hann ma um mala*. Halfredus ait se sinistra non daturum consilia, si solus posset in medium consulere: à *Bagi & Bæg*, Damoum; *Jactura*, & *råd* Consilium.

ΒΑΡΡΑΙΥΝΑ ΒΑΓΡΑΚΥΡ, Qui ægre pellitur aut flectitur, etiam de jumentis pigris id dicitur. Obstinatus.

ΒΑΥΙΜΡΝΑ ΒΑΚΕΛΔΥΡ, Ignis accensus eum in finem ut prope eum calefiant homines. *Farla Sag: Sätu þeir leinge ved Βακelda*. Diu propè ignem sederunt.

ΒΑΝΝΑΗΑ ΒΑΝΒΑΝΤ, Adj: n. g. Infaustum mortiferum. *Farla S: Tak nu vid merki þui er eg hefi giort þier af allri kunnattu og wanter ek ad Sigur sellt mine verda þemi er fyrer er borid en banvant þeim er ber*. Accipe vexillum quod tibi feci, ea arte qua potui, & ominor victoriosum fore illi ante quem portatur; & illi qui istud portat funestum.

- BARÞI** *Barme*, Frater: in *Edda*. *Barmur*. verò Margo, ora, labrum.
- BARÞARI** *Bardagie*, m. g. Pugna: *Gretl*: *Slo Þa i Bardagamed Þeim*. Orta est pugna inter eos.
- BARÞMUNN** *Barnaleikur*, Jocus puerilis. *Gretter vid audun eiginnst hier vid Barnaleik*. Evdunus & ego more puerorum ludimus. (ironice.)
- BAÞUNN** *Baugur baugs*, m. g. Annulus. Usurpatur etiam pro quovis auro & argento. *Sic, Leita eg so bauga*. Sic quæro annulos & aurum.
- BAÞAHTH** *Bauta steinn*, Pyramides seu saxa & cautes appellabantur, quæ supra Monumenta erigi solenne erat. *Havamal*: *Betre er Sonur Þott sie syd of alinn epter geinginn guma, sialldan Bauta steinar standa Brautunar, nema reise nidur ad nid*. id est: Melior filius; quantumvis serò sit procreatus, & quidem posthumus, quam nullus. Raro Pyramides existunt propè compita, ni natus Nepos, agnato erigat.
- BEIN** *Beine*, m. g. *beina* in Genit: Hospitis advenæ exhibita beneficentia. *Farla S*: *Þora geick sialf umm beina og skeinkti þun farli og hans mömmum*. Thora ipsa le benevolam præbuit, & Baroni ejusq; comitibus munera obtulit. *I Gretlu*: *Gretter Þótest sial Þein mundi sialfer atla ad bröda sier beina*. Gretterus sibi videre visus est Xenia sua sponte oblaturus.
- BEIN** *Ben*, Vulnus. *Niala*: *Flofe sarde Helga holundar sare edur mergundar, Þad er ad ben giordist, og hann sieck bana af*. Helgonem sauciavit Flous intestinorum vel medullæ plaga, quod in vulnus lethale erupit.
- BEISUNN** *Beiskur*, adj: Austerus, Acerbus. *Olu S*: *Urdu Þrandir vid Þad beisker*. Trundheimenses eo nomine exacerbati sunt.
- BEISUNN** *Beisl*, n. g. Frænum. *Gretter Þótti Þeim mál ad sofa, og hleiptu beislum af hestum synum enn lietn ganga med Södlum*: Gretterus existimabat tempus esse

esse dormiendi, demissis frænis cum Ehippiis solis, eqvos pabulatum dimisit.

**BIRN** *Beyst*, Sugillatum, quando post plagam livido colore inficitur cutis. *Gragas*. Það er beyst er maður er Raundur fyrer hoggie. *Beyst* dicitur, cum quis a plaga colore rubicundo seu livido inficitur.

**BIRPRI** *Bergrisi*, m. g. Saxicola, Gigas, Cyclops, pro viris robustissimis. *Egl*: *Biorngulfur var lendur maður, Rykur og audugur em halfbergrise ad asti vexti og kynferdi*. *Biorngulfur* nobilis erat, dives & opulentus, semigigas quo ad robur & prolapiam.

**BIRMYN** *Bernsku maður*, Infantilis, puerilis, à *Barn* *Infans*. *Jarl qvadsst Bernsku maður fyrer allidurs saker*. *Baro* dixit se propter ætatem infantilem imperitum esse.

**BIRMYNB** *Bernskupór*, pl. n. Puerilia. *Gretl*: *Morg Bernskupór giordi hann Þau sem ej eru i Sogu sett: Multa perpetravit puerilia, qvæ in historias non sunt relata*.

**BIRHRYNR** *Berferkur*, m. g. in gen: *Bersecks*, in N. Pl. *Berfercker*. Fuerunt olim viri famosi, facinorosi, robore plusquam humano, semigigantes. *Gretl*: *Þeir skorudu a Rykum Bandum og göfgum til fiær edur kvema, skyldu huerer ógylder fyrer ódrum: feyngu marger af Þessu smán sumer lyftion med óllu: Þeir toku konur manna og datur og hieldu vid hond þier viku edur halfann má nud, og fardu Sydan ap-tur þeim er attu þeir, rantu hvar sem þeir fóru eda giordu adra óspeckt þeir geingu Berferks gang, og eir-du ongu þegar þeir voru reider: Illi indixerunt monomachiam viris divitibus & magni æstimatedis hoc fine, ut illorum bonis unà cum uxoribus victores fruerentur, uter horum qui occubuerit impune alteri ceciderit. Rapuerunt uxores & filias virorum, easq; ad manus sibi retinuerunt per hebdomadam aut medium mensem, deniq; restituerunt iis qui*

qvi eas possidebant prædati sunt, quacunqve irent, aut alias turbas excitarunt, furebant & nemini parcebant, quum essent irati. Dicitur autem ita est *Berserkur* à *Ber* i. e: nudus, & *Serkur* indusium; quod in prælium ruerent absq; lorica & galea: nec tamen gladiis sauciari possint ob cutis incantatam duriciem.

**BIRNIRYHPRNNA** *Berserksgangur*, Sic vocabatur Berserkorum rabiosus furor, quando dimicaturi erant, quasi Bacchantium incessus.

**BINNRPFRNPRNNA** *Beturfedrungur*, m. g. Qui ex inferioris sortis ortus parentibus ad dignitates magnas pervenit: Nunc *Födurbetringur*. *Gretl*: *Skapti logmadur var vitrastur manna og heitradur ef hann æ-sia beiddur og lagdi það til med huerjum manne er hann atladi duga skylde ef ecki were afbrug did. var hann þin kalladur Beturfedrungur*. Skapto *Nomophylax* erat hominum sapientissimus sana dans consilia advocatus, ea semper omnibus dans consilia, quæ tuta putabat, si modo ea sequerentur illi quibus hæc dedit. Quapropter eum vocabant *Patrum meliorem*. Contrarium *Verrfödrungur*.

**BIRNPRNNA** *Biarnylur*, m. g. Ursi calor quo instar ursi imbuti dicuntur aliqui homines qvi nunquam frigent. *Isfirdinga S*: *Olavur Havardson ox up og giordist efnelegur madur, so seigia mem hann hafi haft Biarnyl þviad allduri var það frost eda Kulde ad oll hefði fleiri eda ferri klædi enn eina brök og skyrta giorta i brakur*. Olaus Havardi crevit & in virum evasit, fama est quod calorem ursinum habuerit, nunquam enim tam intensum erat frigus aut gelu, quod plura aut pauciora habuerit vestimenta, quam braccam cinctam supra indusium.

**BIRN** *Bidil*, m. g. *Procus*. *Halfrdr mælti það räd skal eyhafa þo þier þicki nu bidill þinn þegar betre enn eg*.

Halfrç.

Halfradus dixit, hoc consilium non seqvar, etsi videam tuum procum dudum præ me placuisse.

**ВІВНУН** *Bilbugur*, in gen. *bilbugs*, m. g. Metus, Trepidatio. *Verdum vid Röklega og látum ongvann bilbug a os sia.* Fortiter iis obviam ibimus, nec ullum metus in nobis videbunt signum.

**At bindast fyrer**, Obligare se ad aliquid præstandum. *Gretl: Þeir giordu ord Þorde og badu hann fyrer bindast ad ráða. Gretter af dógum, em han fór undan.* Ad Thoronem miserunt nuncium, rogantes ut dux & caput eorum esset, qui Gretterum occiderent, sed ipse se excusavit.

**At bindast matar**, A cibo abstinere & jejunare. Hinc **ВІВНУН** Abstinencia vel Parsimonia.

**Bitell Frænum**. *Ol: Sag: Sendi menn hofdu med sier best Sigurdar Kongs med gylttum sandli og bittulim var settur med smeltum steinum.* Legati duxerunt secum equum Regis Sigvardi, qui stratus erat inaurato ephippio & frænum ornatum gemmis.

**Blundur** adj. Formidolosus.

**Bleida**, f. g. Proprie est Canis foemina.

**ad bleidast**, Valde trepidus fieri. *Gretla: Bleidast þicke mjer Bardur qvad Gretter ef þu þorer ej ad berast vid mig.* Mihi videtur quod Bardus valde timidus sit, inquit Gretterus, siquidem mecum congredi non audet.

**Bleide**, f. g. Timiditas effoeminata, Pusillanimitas. *Gret: Legg eg bleide ord a bak þicr ef þu þorer ej ad berast vid mig.* Vetus formula, quâ adversarius provocabat timidum ad dimicandum: Impono tergo tuo effoeminatæ timiditatis notam, si non audeas mecum ferro decernere. Inde:

**Bleide madur**, Vir timidus, formidulosus. &

**Bleidiskapur**, Timiditas.

**Blendingur**, m. g. Semidæmon. *Gretl: Hefur*



Hefur eg þessa og þeyra kyn hart leikið hamars grimmur, enn mein vatte marga barda, og Blendigum að æt bana ordit alþakýne og ovættum nær hef eg ollinn þarfur verid. Gigantes eorumq; genus mea securi malè tractavi, Spectra prostravi, Semidæmones neci tradidi, Lemuribus multum incommodavi.

**BNY** *Blik*, Metallum pretiosum, pecunia. *Skállda*.

**BNYRANÞNA** *Blikrandur*, Pulchrè rubens, purpureus.

**BNÞRÞÞIN** *Blodrefill*, m. g. Vulnera lethalia. *Ormsag:*

*Ormur brá saxi og ríste blodrefill a bakbrúsa og skar oll rífin frá hryggnum og dró þar út Lungun. Ormerus gladium suum evaginavit & costas à spina dorsi separavit indeq; pulmones extraxit. Hic mos erat veterum, ubi parentum aut amicorum mortes ulciserentur.*

**BNÞÞRK** *Blodörn*, idem notat. *Jarla S. Þa gieck Einar fall til Halfdans og reist blodörn a baka honum, með þeim hette að hann lagde Sverde a hólí við hrygginn og reist rífin oll frá hryggnum ofan a lendar og dró þar út Lungun. Tunc Einarus ad Haldanum Baronem accelsit, & in dorso ejus Blodörn percussit, hoc pacto: Gladio dorsum ejus rransfixit, & à spina costas separavit ad lumbos usq;, ac inde pulmones extraxit.*

**BNÞÞÞÞA** *Blodugla*, idem notat in *Regnars Sag*: ubi filii Regneri Lodbrog Regem Ellam in Anglia pari modo neci dederunt ob tyrannidem in Patrem.

**BNÞÞÞ** *Blot*, Idolorum cultus, Sacrificia cruenta, a *Blod* Sangvis. *Hann hafdi blót mikil a huorum äre að midium vetre. Circa brumam sacrificia idololatrica magna celebravit quotannis. Godablót rectè dicitur: God enim Idolum est, Blót autem absolute maledictiones. Blotmaður, Idolorum cultor.*

**ÞÞ BNÞÞYRA** at *Blóskra*, Stupore & timore percelli. *Hann qvæðst ecki hirda þo þorf: blóskrade til huad fyre Værc. Ille dixit (qvamvis Thorfinnus time-*  
ret )

ret) se non curare quicquam eorum quæ ipsis obvia fierent.

**ВНІУАВНА** *Blidskapur*, m. g. *Blidskaps* in gen. Fervens amicitia. Inde ortum Proverbium i *Orms Saga*: *Feir elltu Jafnan grátt silfur stundum var med Feim blidskapur mikill.* Ignitum effecerunt sedulo griseum argentum. id est: Mutuis certabant injuriis. Interdum inter eos magnus erat amicitiae fervor.

*Blijdskapur* etiam dici potest affabilitas, comitas.

**БѠ** *Böl*, n. g. sing. Dolor, adversitas. *Gretl*: *So skal böl bata ad byda annad meyra.* Dolor est medicina doloris.

**БѠ** *Böl*, pl. n. Prædia. *Arnor Skald* in Rhythmis. *Tyndust böl þar er brende Brædur eldur Skotta velldi.* Prædia perierunt ubi imperium Scotorum igni conflagravit.

**БѠАВѠ** *Bondaböl*, n. g. *Bondaböls* in gen. Prædium rusticanum. *Bölstadir*, Habitatio, *Böl* absolute usurpatur pro dormitorio vel lecto, siue loco ubi dormitur, tam sub dio quam intra limina.

**АВВАРА** *ad bora ad sug*, Metaphoricè pro Impetere, compingere arte & icu. Metaphorica locutio ab industria fabrorum, qui terebris ligna perforant, ita ut compago quam arctissime necatur clavis. *Magnus K. i Jarla S. Sævo skaltu huxa Hakon Jarl, ef eg giora þetta fyrer þyna æggian ad fara vestur umm Haf med her at þer skal ej þad atovart koma, ad eg bora skiott frekann ad sug til Rijkia þeirra er þar liggia fyrer vestan Hafed og giora eg ad þui listinn mamma mun.* Id tibi persuasum habebis Haqvine Baro, quod si ego tuo instinctu occidentalem Oceanum navigavero, magno exercitu, Tibi non sit insperatum, me adversi quid regnis ibi existentibus, moliri; non enim ibi habiturus sum personarum respectum.

**BRABAR** *Bradbán-venlegt Sár*, *Vulnus*

quod citò adfert mortem. *Bane* enim internecio, occisio. *Farl S:* *Kale hafdi feingid Sár morg i óngulz eyar Sunde og ej bráðban vænleg.* Kalo multa accepit vulnera, in treto Ungelsóensi, sed nulla lethalia.

**BRÁÐANÞNR** *Bráðandur*, Repentinam mortem obiens.

**BRÁÐFINGID** *Bráðfeingid* adv. Subitò imperatum. *Farl Sag:* Þo ad ej yrði þetta skipte bráðfeingid þa fór þo þetta skipte fram ad þorfinnur *Farl hafde ij hluta landa enn Bruse. Farl Þridinug.* Etiam si distributio ista tam subito fieri non potuit, nihilominus talem eventum res habuit, quod Thorfinnus duas partes obtinuerit & Brulo tertiam.

**BRÁÐA** *Bráður*, Adj. Celer. *Bráður hestur*, Celer equus.

**BRÁÐ** *Bráð* in sing. Deceptio aliqua aut stratagemata re vel verbis; ut cum luctator agilis arte pedum antagonistam sternit, id *Bráð* vocatur. Aut si quis adversarium aliquo stratagemate circumvenit, vel etiam artificioso mendacio decipit, id quod etiam *Abráð* dicitur ingeniosus dolus. Qui callet artem luctandi vel etiam callide quid agendi *Brógdottur* esse dicitur. *Gretter huxar hann skuli eitt huad bráð leika so k: fæ giolld fyrer utgongunna:* Gretterus Regi imponere satagebat, & necem pro structis insidiis minitabatur. In bonam partem etiam sumitur. E. g. *Þar hafa morg verid hans bráð, er bædi voru hialp samleg fyrer Gude og skiempteleg fyrer Monnum.* Ipsius consilia erant jucunda in oculis Dei, & grata populo.

**BRÁÐA** ad *Braka*, Fragorem exitare vel grandiloquum esse. *Gretter lieft ecki vita huad Biorn brakadi um þetta.* Gretterus simulabat se nescire quid hac de re Biorno verbis pomposis eructaret.

**BRÁÐA** *Brandur*, Gladius ictu jactuq; metuendus. Nomen etiam est proprium viri, à quo cum alia preponun-

ponuntur, alia multa propria ortum traxere, ut *Aafbrandus*, *Asæ gladius*: *Herbrandur*, exercitus gladius: *Gotbrandur*, Dei gladius: *Thorbrandur*, Thoronis gladius, &c. Quomodo & à toto gladio & à partibus ejus nomina olim sortiti sint viri vide apud *Brynulphum Svenonium* conj. in *Saxon. Præfat. periculo* 1.

**BRANAR PHKPI** *Brantar geinge*, n. g. *Magnificentia*. *Isfird S: Hum var giefn honum meir til fiar enn brautur giengis*: Majores ipsi attulit divitias quam fortunam secundam. Dicitur à *Brant* semita, & *geinge* ambulatio. *Magnificum* notat famulitium, quò gaudent *Magnates*.

**BRIPPI BRN** *ad Bregda i brun*, *Animo percelli*. *Gret: Þorhalli brá noknd i brun er hann sa þann man.* *Torhallus* animo percelleretur, quoties virum istum vidit.

**BRIPPI RHPN** *ad bregdas reidur*, *Irasci*. *Gretk: Gretter brást reidur honnum var eingin víska giör.* *Gretterus* irascebatur quod non fuerat admonitus.

**BRIF** *Brek*, *Damnum*, *Incommodum*. *Proverb. Er vel sa hafe Brek sem beidist*: Bene est, damnum habeat qui quæsit.

**BIRPI** *Berliga*, *adv: Palam*, *apertè*. *Jarl S: Emm þo leitadi nu huorge berlega a annan.* *Neuter* alterum palam insecutus est.

**BRIY** *Brim*, *Æstus maris*, *vehementibus procellis littus verberans*. *Egl: Uedrit var huast og brim a landit og ej hafnligt*: *Insignis tempestas* erat, & tantos fluctus propè littora excitarat, ut portus non viderentur occupari posse.

**BRIPP** *Brögd*, *pl. n. Bragda* in *g. pl. Præsens consilium*. *Orms S: Hann þöttist sia fyrer hann munde fella fic nad sin, ef engra bragda vare vid leitad.* *Videbatur periculum amissionis pecoris ingruere ni consilium aut remedium quæreret.*

**BRN** *Brun*, f. g. Supercilium. *Paramia*: Nu bregdur  
mónnum i brun: Admirati sunt. *Ragn. i Jarl Sag.*  
So þikke mier þu under brun ad lyta byskup, sem þid  
sveim munu kunna ad seigia fra sterrum tjdindum  
em nu eru upborin. Episcopi supercilia indicant il-  
lum majora recondere quam verbis elocutus sit.

**BRN** *Brynn* adjectivum, Celer, Proclivis.

**BRN** *Bryn*, pl. n. Supercilia. *Ad lata syga bryn*: Super-  
cilia demittere, torve aspiceret. Þorgeir quadsþ ej  
birða huorum Gautur liete syga bryn: Thorgeirus  
dixit se non curare sive se torvè tueatur sive adverfa-  
rium Gauterus.

**BNPN** *Bugur* bugs, m. g. Curvatura. Hinc *Paramia*:  
*Ad giora bráðann bug ad nockru*: o: Celeri flexura,  
o: consilio rem aliquam aggredi. *Gretl*: Vier sku-  
lum ongvan bráðann bug ad þessu giora. Nos hanc  
rem lentè aggrediemur.

**BNPNRI** *Buklare*, m. g. Species clypei, Parma. *Gretl*:  
En han brá vid buklara hinne vinstre hendi og bar  
af sier. Umbonem quem sinistra tenuit ictui objecit.

**BN** *Bu*, Visvillæ pecuaria. Vide *Havamal*: Heima skal  
Heð fieta em Hund a bue. Domi equus est sagi-  
nandus, sed canis foris advillam.

**BNPNRI** *Bumadur*, Villicus, Colonus. *Hann var bu-  
madur mikil*: Bonus erat villicus.

**BNM** *Buna*, Scaturigo, ebulliens aqua.

**BNR** *Bur*, Filius. Inde *Paramia*: *Hann er huorke bur  
minn me broder*: Nec illum filii aut fratris loco ha-  
beo.

**BNRN** *Burst*, Culmen domus, f. g. Camera, Tholus:  
*Ol Sag*: Þar af up var hofud og burst: Ibi erat cul-  
men domus.

**BNPN** *Bisfur*, Crura exporrecta. Þorgierdur kom til  
elldhuß ein dag lá þar kolfidur Sónur hennar og rietti  
byfurnar. Thorgierdur ad domum in qua ignis ac-  
census erat pervenit, & filium suum ibidem expor-  
rectis

rectis cruribus jacentem invenit. Gestus desidiosorum torpensium.

BNRPH pl. n. f. g. *Byrda* in genit: Abundantia, Penus. *Quidi i Eglu: Hyg eg ad Haraldur hafe byrder gnögar, og hamingjuhaim er Kongur vjafragur, enn Kögur vor hafe ej krepping fullan.* Existimo Haraldum omnibus abundare & felicem esse, qui jam deputatus est Rex: At noster Rex vix habet quod vola manus tegat.

 rens, qui forum noſtrum paulò ante frequentavit?  
 Reſpondentibus cæteris, nulli probè de terræ filio iſto  
 conſtare unde venerit, ſed hoc tantum, quod advena  
 quidam nomine Narvus aliquot dierum ſpacio in con-  
 ducta domuncula ibi manſerit. Præterea Rex: At  
 quid ſibi voluit ignoti illius proclamatio? Cujus ſe  
 inſcium, inſaniamq; aut nullius momenti rem fuiſſe  
 autumans quisq; reſpondit. Longè aliud mihi ani-  
 mus præſagit, ait Rex, non enim coram vilis eſt mihi  
 vilis vir iſte: Ubi verò Scalpgranus aulicus noſter?  
 Advocate illum mihi, & euntes quæſitum aulicum,  
 non repererunt, quod ubi reſcivit Rex, minus proſperè

rem

rem se habere ait. Ad hunc enim modum exorsus est peregrinus iste suam proclamationem.

*Vid Sverdhusgrane urdum saupsätter i dag; hann villde fiallskierda Konu mijna:* Ubi Sverdhusgranum nominavit, Scalpgranum nostrum indigitasse conjicio, quia scalpur dicitur domus gladii sive *Hus sverdsins*. *Urdum saupsätter:* quod sic intelligo, Potus Islandorum dicitur *Saup & Misa & Dryckur*, quæ Synonima sunt, hic priore parte dictionis inversa usurpavit *Saup* pro *Mis*, nam *missater* discordes se & illum factos fuisse invicem, significasse pro vero habeo.

*Hann villdi fiallskerda Konu mijna:* Forsitan solito more iverit inquisitum concubinam Granus noster, & Narvi conjugem offenderit, hanc enim causam discordiæ prætendit quod attentaverit concumbere uxori suæ. Nam Islandico sermone dicuntur mulieres *Giliadar*, stupratæ, sed *gil fiallskord* denominantur, Rupturæ montium, unde finxerat verbum *fiallskierda*, id est *gilia*.

Præterea *qvadst hann hafa storkieralldad hann i giegnum Strábeyers auga*. Realiter pronunciatum hoc, ait Rex, nominare *Sä storkieralld*: Hoc enim vocabulo vulgò utuntur Islandi, ut majusculum quodvis vas, (quod *Storkieralld* propriè dicitur) denominent *Sä*, aut *Sä* insuper verbum est, & sonat vidi, scimus autem ventum revera dici posse *strábeyer*, stipulæ sive graminis curvatores, & *auga*, oculum, sed *Vindauga* dicitur fenestra. Viderat enim illum Narvus per fenestram cum conjugè sua disceptantem.

*Pa langhusade hann, Pa langhusade eg:* Domus oblonge dicuntur *Rane* sive *Rana*, & inde factitium ejus verbum *langhusade*, i. e. *rann hann, rann eg*, cursum arripuit tum ille tum ego, uterq; enim, ait Rex, currendo certârat, maritus periclitantem pudicitiam conjugis tueri satagens, alter ad adventum viri tremebundus fuga sibi consulere volens.



*Þa breidur ballade eg hann herra:* Tum (inquit Rex) provocaverat illum ut expectaret. *Hreidur* enim nidus, & *Bollur* quidvis rotundum, notatur ovum in nidulo repositum, q: *Eg* dicitur, ubi ergo pronunciavit *eg breidur ballade*, sensus est, *eg eggiade*, svasi, monui, hortatus sum.

*Enn hann margbrossadr vid:* Agmen equarum in pascuis, dicitur uno verbo *Stodbross*, & interdum absolute *Stod*, quod & verbaliter sonat, stetit tranquillus, gradum enim fixerat qui prius terga dedit.

*Þa fagur ragnade eg hann:* Togæ quædam apud Islandos dicuntur *Fellder* in plur. num. *Felldur* in sing. quod vocabulum deductum videtur *af föllum*, à crispulis in hoc vestimento usitatis, quæ variè denominantur, ita ut interdum *Raugnur* quandoq; verò *Logdur* appellentur, & hoc ficto idiomate *eg fagur ragnade*, suum thema proponens virum se humi prostratum hasta transfodisse significabat, q. d. *Eg lagdi hann i gieggn: eg felldi hann.*

*Enn hann skipskieggiadi i mot:* *Bard* dicitur projectura sive extremitas tabulati nautici, quod hic fictitiè versutus ille adhibuerat, mutato *Bard* in *Skiegg* hoc pronunciatò utrumq; significans, aulicum provocatum & impugnatum manus cum hoste conseruisse, quod *beriasst* dicitur: deinde prostratum & transfixum in agone vehementer concussum singula membra terræ allisisse, quod etiam dicitur *ad beriasst um i fior brotumum*, ad morem illorum qui violenta morte enecantur.

*Þa lijng hnappade eg hann under einum skydgardi skamt i burt:* Absconditus quisq; dicitur *lijnghnappadur*, occultaverat enim corpus sub hortulo quodam hinc non procul.

*Tandem quadsst hann hafa vod virkt hann:* Est loquendi modus textricum Islandicarum telam benè constituentium, *ad skilia ves*, Stamen distribuere proprie

priè significat, sed absolutè ad *skiliast* vid est aliquem deserere quod novissimè adjecit barbatus ille, inquit Rex, nam cadavere relicto discesserat.

Hæcce Regis divinatio eventu non caruit; repertum enim est cadaver ad latus pomarii, interfectore frustra quæsito. Rex autem tum demum intellexit *Refum* Gronlandiæ profugum, natione Islandum, ibi sub nomine Narvi latuisse aulicumq; neci tradidisse: Nomen ejus proprium *Refur* quod vulpem sonat, cognomine prolongavit, ut diceretur *Kröka-Refur*. *Krökur* Substant. m. g. propriè significat viæ dispendium, sive indirectam & obliquam itinerationem, inde orta est Paræmia apud nostrates, *Betre er krökur enn kiellda*, Melius est ire per ambages, quam per invia & tesqva. *Krökur* etiam dicitur quod est curvum, aduncum, obliquum. Uncinula qua anne-ctitur vestis *Krökur* dicitur: Metaphoricè verò refertur ad quemvis artificiosum dolum sive deceptionem, quemadmodum versio moralium Catonis habet; Sic ars deluditur arte. *Kiemur so bragdi krökur möte*, cum invicem certatur stratagematibus, inde dicitur *Krököttur* & *Brogdöttur*, Subdolus, Vafer, Verlutus, quia *Krökur* & *Bragd* ferè idem est. Vide *Bragd*.

HP NIKM *eg vikna*, verb: Passivam habens significatio-  
onem: q: Inflector sive infirmor. *I Jalla S: Hann  
gieck þa so hart ad, ad Skottar viknuðu fyrer. Tam  
acriter impugnabat, ut infirmaretur classis Scoto-  
rum.*

NIK YHM *Vin mæle* n. g. *Vinattu mál*, Amica compel-  
latio per internuncium facta. *I Jf: S: Þorf: sendi  
menn austur til Noregs a fund Harallds Kongs med  
vinmælium, sogdu so ad hann vill giorast vinur hans.  
Thorfinnus ablegatis nunciis in Norvegiam ad Re-  
gem Haraldum Majestatem ejus dissuadiendi gratiâ,*

& amicissima verba Norvego deferri curavit, favorem videlicet ejus se magnoperè ambire.

ΠΙΚΝΑ Vinur m.g. Amicus. *Sa er vinur sem til vammis seiger*, Paræmia est cum dicto Gregorii consentiens: Nemo alium amat quem non facit meliorem. Vel ad verbum: Amicus est qui vitium indicat. Hinc dicitur *Málvinur*, Labiotentis amicus. *Halfvinur*, Mediocriter favens. *Virdta vinur*, Amicus honorandus.

ΠΙΚΑΑΑ Vinatta, f.g. Amicitia. *Vinattu bragd*, Mutuâ officiâ.

ΠΙΚΑΥΠΡΑ Vinsamlega Adv: Amicè, & Vingiaruterga. *Vingott er med þeim*: Bona intercedit familiaritas.

ΠΙΚΥΠΡ Vinfalld f.g. Gratia. *Vinsfall* Adj: Pollens gratiâ apud omnes. *Gretl: Þorbirne liek þfund a um vinsfalld atla*: Thorbernus invisum habuit Atlum, quod tam favorabilis esset.

Item ibid: *Gretter vid Þorbiorn Anugul: Er þat vel þo vid deilum kallt, hier er huorugum ocksr til sparande þui vid munum ej kafna i vinsalldum*. Gretterus ad Thorbernum qui cognomento *Anugull* i.e. hamus, dictus est. Æquum est, si vel maxime nos contentiosos geramus, nec est quod nobis invicem parcamus, siquidem favore heic loci non suffocamur.

ΠΙΚΑΡΠΑΡ Vistargjord f.g. Cibi apparatus. *Gretl: Hier er ej vondud vistargjord*: Hic non est lautus cibi apparatus.

ΠΙ Vit n.g. Scientia. Paræmia: *Vit er verde betra*: Scientia præstat opibus. *Valla hafa þad aller*: Vix omnibus contingit.

ΠΙΥ Vite m.g. Fax erat sev strues ligni, quâ tempore belli accensâ hostium adventum vicinis indicabant. *I J J. S: Liet Pall Fall hlada vita a ollum Eyum, so ad huor skyldde meiga sia fra odrû*: Paulus comes in omnibus insulis struem lignorum accendi curavit, ut ab una ad aliam ignis conspici posset. Item: *Dagfinnur Lødvers Son bio i Fridar Ey hann skylddi gieta þess vitans og elldi i hleipa ef her vare sien*: Dagfinnus Ludovici filius habitabat in insula Frida, hic curam struis gerebat, ut si hostes terram aggredi animadverteret, eam incenderet.

Utrumq; dicitur: *Ad hliada vita*, Struem componere lignorum, & *Tendra vita*, Rogum incendere.

ΠΙΥ ΒΑΡΚ ΠΥΚ Vite borne menn, Scientia præditi. *Egl: Þeir menn voru frijder synum smær vexte og vel vite hornar*: Erant visu formosi viri, staturâ parvi, sed bene sapientes.

ΠΙΥΑΡ Vitord n.g. Quod fit pluribus consciis. *I Jalla Sog: Þad var med margra wanna vitorde med buorjum skildaga þeir Bradur hofdu felag sitt gjort*: Per multis consciis pactum sancitum est inter fratres.

ΠΙΥΑΡΑ Vitradur Adject: Bonus Consultor. *I Jalla Sog: Kved*

*Kved eg þig ad þessu fyrer þa sök, ad eg veit þu ert vitradur frammar odrum sem hiér eru, þo þeir sie virdinga menn mikler: Propterea te interrogo, quia scio te sapientem esse, & supra omnes qui hic sunt consiliis promptum, quamvis & illi viri sunt magni.*

ᚱᚱᚱᚱ *Vísa, Vidvörun; Vijsbending, f. g. Admonitio. Ol: Sog: Enn þeir geingu ad sofa þa myrkt var af nat þa giorde Steinn vijsbending þeim Ottare: Sed dum tenebricosa nox ingrueret, cubitum euntes somno se dederunt; Steno certiolem fecit Ottarum ut sibi caveret.*

ᚱᚱᚱᚱ *Vijte n. g. Peccatum contra leges contubernii. Ol: Tryg: til Hallfrod: Nu skulu vid sätter og þo þig hend vijte, ad þu komer ej til Bords eda annad slykt sem adrer menn þa skal þier upp giesfa frammar Odrum flestum. Rex ad Hallfröðum Poëtam: Nunc reconciliati erimus, & quamvis delictum aliquod commiseris a mensa Regia interdum absens, vel alios mores aulicos tali quapiam omissione transgrediens, remittam tibi præ cæteris.*

ᚱᚱᚱᚱ *Ulfbud f. g. Sævitiā. Haralldur K. i Eglu: Skalle sa er fullur ulfbudar: Calvus iste plenus est sævitiā.*

ᚱᚱᚱᚱ *Ulfhale m. g. Lupi caudā. Illum notat, a quo nil nisi malum expectandum.*

ᚱᚱᚱᚱ *Umgiærd f. g. Vagina. Egl: Hann lagdi Sverdit um kne sier, og drö ut stundum til mids enn stundum skielli aptur i umgiördina: Gladium supra femur locavit, & modo dimidiā parte evaginavit, modo vaginæ rursum intravit.*

ᚱᚱᚱᚱ *Umattkur Adj: pro Omattugur, Debilis, Infirmus. Umattkare in compar: Ut in Egl: Hann var umattkare enn ad vanda, Imbecillior solito.*

ᚱᚱᚱᚱ *Undandrättur m. g. Procrastinatio. I J J: S: Kongur fann undandrätt i mäle Farls: Rex dilationem sentiit in responsis illius Baronis.*

ᚱᚱᚱᚱ *Underhyggia f. g. Dolus, Astutia. Underhyggia madur, Qui subdolosus est.*

ᚱᚱᚱ *Uns Adverb: Donec.*

ᚱᚱ *Vó n. g. Valans, Sine damno & periculo. Vogiestur, Malus hospes. Item Paræmia: Honum er vó fyrer dyrum: Damnum illi imminet.*

ᚱᚱᚱᚱ *Vogur m. g. Sinus. Inde Vögskorinn Ey, Insula sinibus dissecta. Egl. Solunder eru margar Ejar og svo vögskornar: Sunt Insulæ permultæ, & per frequentiores sinus dissectæ.*

ᚱᚱᚱᚱ *Vomein n. g. Subitaneus morbus.*

ᚱᚱᚱ *Von f. g. Spes. Vonlegt, quod speratur. I J J: S: Flester vonru fua*

*ru fuser ad lieta a kastalann og þótti það vonlegt til fiesanga:*  
Plurimi proclives erant ad castellum impugnandum ob bonam spem lucri sive prædæ opimæ.

Þᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱ n. g. & ᚱᚱᚱᚱᚱ f. g. Humiditas & frigorificus aër. Ut dicitur: Þier erud möder af vöfe: A frigore & humido aëre lassí estis. Quod nautis usuvenire solet.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Uphallskierte, Candela ardens, quæ ad mensam gestatur.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Adj: Expugnabilis, à ᚱ. eg upnem, Surripio. Egl. Erum vid fyrer ongvum upnæmer ef vid erum báder ad einu rádi: Haud spero nos ab ullo fore sublato, modo in omnibus consiliis fuerimus unanimes.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Upöslu madur, Tumultuosus, Clamosus, Seditiosus.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ f. g. Seditio. I ᚱᚱᚱᚱᚱ: Aller löttu hann upreistar, Seditioem omnes diffuserunt.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Adv: Haud perspectum, incertum. I ᚱᚱᚱᚱᚱ: Hitt er mier usynna [in compar.] huor minn hlute verdur ad vorum skilnade; ef eg kved hier nej vid. Secus, magis incertum mihi fore autumo, quota sit futura mea portiuncula sub finem nostri congressus, si conditionem hanc recusavero.

Þᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ Utbirdis Ex navi, sive extra asseres. Hann ferde hann utbyrdis: Extra navem illum projecit. Contra Inabyrdis, invicem.

## ᚱ.

ᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Ad Þægia ad nokrum, Alicui obesse sive adversari.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Adv: Hoc modo. q: þannveg, Hac viâ.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ, Quod bene olet. Gretl; Var þar (i haug Kaara hins gamla) mirkt og ej þᚱᚱᚱᚱᚱ. In tumulo Charonis antiqvi, tenebræ & foetor erat.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Adv: Temporis. Ol. S: Kongur bad hann þᚱᚱᚱᚱᚱ kjoða. Rex iussit ut mox unum ex duobus eligeret.

ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ Liberalitas erga hospites. Þor-gils var so mikill þᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ: Thorgillus hospitalis & largus erat erga hospites suos.

ᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱᚱᚱ Ad Þiggia V: Lubens accipere. Inde dicitur Þæga Muneris acceptio.

Þᚱᚱᚱ ᚱᚱᚱᚱᚱ Gens. Hinc deducitur Þiodhagur, Faber celeberrimus. Þiod-Kongur, i. e. Einvallds-Kongur, Monarcha. Þorarrinn Loftunga Skalld quæd so: Nu þefur sier til seß hagad Þiod-Kongur i Þrandheime. Thorarinus Loftunga ita cecinit: Solium posuit Rex Monarcha in Trundheimia.

Þiod

Þíod-Skald, Poëta laureatus, felicissimus Rhythmistá.

Þíod-brauð sive Þíod-leid, Via publica.

Þíod-Raad dicitur præsentissimum consilium.

ÞÞÞ Þógn f. gen. Silentium. *Paramia: Þógn verdur ej a Þyng fard, nema Þríoska valde*: Nemo accusari potest ob silentium, nisi obstinatè hoc fiat videlicet in necessaria veritatis confessione.

ÞÞΥ Þóke m. g. Favor. *Þocka fall idem quod Vinsfall, Gratus, acceptus.*

ÞÞΥΛ f. g. Nebula. *I Fall. Sog: Logduð þa a Lógn, og Þokur storar lios var nott, var þad einn morgun ad aþlipte Þókunne*: Diu aer tranqvillus erat, & licet nox erat lucida, nebulis tamen aer obscurabatur, quæ mane sunt discussæ.

ÞÞΠ Þól n. g. & Þólinmede f. g. Patientia. *Þóleysa, Impatientia. Þólgodur, item Þólinn, & Þólugur, Patiens.*

ÞÞRΨ Þórf sive Þurfs f. g. Indiligentia. A verb: *Eg þarf, Indigeo. Grest: Þurfa þicke mier ad ej fare nu ad fornum brautum*: Mihi videtur necessum esse, ut non contingat id quod antea factum erat.

ÞRΛÞÞHΥH ΨIKKI Þrandheims minne, Ostium amnis Nid.

ÞRΛNΛ Þraut f. g. Periculosa negociatio, sive quod factu difficile est. Cujus contrarium *Þraut-laust* Adverb: Sine negotio aut difficultate. *I Jarla Sog: Sendi menn qvædu þess vísja von þetta mundi ej faast. Þraut-laust*: Legati se sperare inqviumt hoc sine magno negotio haud confectum iri.

ÞRHYIKK Þrekinn Adj: Crassus. Þrek n. g. Robur. *Þrekvirke*, Acta heroica. *Þrekleise*, idem quod *Dædleise*. Vilitas.

ÞRHYΥΛ Þríoska foem. gen. Pertinacia.

ÞΨ ÞRIIΨ Eg Þríff V: Þreif in præ. p. Arripio. *Gretter Þreif til malsins med honum og toguduð um malinn*. Gretterus peram cum viatico arripuit, accum ipso de eâ certavit.

ÞRΛΛΛNΛ Þróottur m. g. Firmitas animi & corporis. *Þrótlauð* Adject: Infirmus.

ÞRHYΥI Þróske m. g. Perfectus. *Þróska maður*, Qui viribus & virtute strenuè perficit.

ÞRHY Þróm foem. gen. *Gilsbarinnur*, Ripa.

ÞRHYIKK Þróttinn Adj: Deficiens. à V. imp: *Þer Þríttur*, Evanescit. Hinc dicitur: *Mætt-Þróttinn*, Consumptus virib<sup>9</sup>. *VónÞróttinn*, Desperabundus. Item dicitur: *Eg er Þróttinu ad þeirre list*, Artem perdidit. Item: *Heillum Þróttinn*, Infortunatus.

ÞNIA Þuer Adj: Contrarius, rebellis. *Greit: Hann var þuer i þui ad taka sic fyrer viingsmálid*. Repugnabat pecunias sumere pro homicidio.

ÞNIRNÞ Þuerud f. g. Discordia, quæ etiã dicitur *Misklyd*, *Sinna*, *Þuidragne*, Synonima hæc sunt. *Gretl: Gretter var óáflatsamur og kom i með þeim þuerud mikill: Gretterus nolebat desistere, hinc inter illos orta est discordia.*

ÞNINÞ Þuða-blendingur m. g. Semidæmon. *Gretl: Fyrer dalinum ried Þuða-blendingur sa þorer hiet: Convalli præfuit Thorerus confangvineus gigantum.*

ÞNINÞNÞ At Þustua verb: Oggannire. Þa er song þeirra *Svenis toku ad þuerra þustuadi folkid vit hann: Consumptis jam pecuniis Svenonis, cepit turba indignabundo murmure illum laceffere.*

ÞN Þy n. g. Mancipium. Þyborinn & Þræborinn, Emancipio nat'.

ÞNYUÞ Þyckia f. g. Ingenium. *Ej for Þyckium þeirra saman: Non erant similis ingenii. Þyckia etiã dicitur ira latens, & diu servata. Þyckiu mikill, Stomachabundus, & iræ tenax.*

ÞNYUÞ Þyckur Adj: Crassus. Þyckt vedur, sive Þyckmikid, Nubilusaer. *I Randv: Þetti vedur var Þyckt so sem Sigurdur hafde sagt: Aer erat obscurus juxta Sigurdi præfagium.*

ÞNYUÞNÞ Þyckbylt Adv: Idem quod *Nabylt*, Ubi contiguæ domus.

ÞNÞ Þyng n. g. Clenodia. Inde dicuntur Þyngryker menn qui copia rerum preciosissimarum abundant.

ÞNÞÞNÞ Þyngheimur m. g. Omnis turba quodvis forum frequentans: præsertim qui obligati sunt fora & comitia visitare.

ÞNÞNYÞÞ Þyngskóp n. g. pl. n. Jurisdictio. *Egl: Hann ried þar mest þyngskópum: Penes illum erat constitutio fori, sive jurisdictionis.*

ÞNÞ Þys m. g. & n. gen. Strepitus. *Egla: Þa giordið þys mikill & Þynginu: Factus est in foro strepitus insignis. Bua Sog: Enn með þui þys var mikid er marger menn biugguð: Cum autem perstreperet multitudo itineri se accingens.*

Quæ in Epicedio Regneri Lodbrog & Epinicio Egilli Scallagrimi exposuimus, huc non adduximus, quod ex iis commodius peti possint.

F I N I S.



ADDITAMENTA  
AD  
MONUMENTA  
DANICA.

LECTORI BENEVOLO.



*H* quo Monumenta Danica publici juris fe-  
ci, Variam partim ab amicis communicata, par-  
tim observata occurrerunt, quæ ad illorum  
illustrationem & augmentum facere posse vi-  
debantur. Monumenta quæ etiam ante non observata  
transmiserunt viri in hoc genere curiosi, quibus locum inter  
reliqua, facile concedes. Dubia quoque de quibusdam mo-  
ta cum sint, iis satisfaciendum esse arbitratus sum. Quæ  
omnia non potui quin prioribus neciterem, ut harum anti-  
quitatum curiosos nihil esset quod remorari posset.

Libr. i. cap. 3. pag. 5.

*Idola sua Skurgader*] Islandis Skurgod idolum scul-  
ptile dicitur, à Skurdur, quod sculpturam & God idolum  
seu sculptile simulachrum. Skurdur verò, à verbo ad  
skere, sculperè, cælare, incidere: unde Skurdhagur, scul-  
pendi artifex.

Cap. 4. pag. 11. & 14.

*Historia Norvagica Frejum*] Hic verò Frejus, pluviam,  
serenitati & splendori Solari præsidebat, eorumque arbiter &  
moderator censebatur, alias *HAM* dictus. Cujus sacrificium  
ac sacrum *HAMM BMT*, in quo Verrem immolabant.  
Hujus documentum præbet insignis locus in historia Hei-  
drici Reidgothorum Regis, qui hæc habet: *YAMPK BMA  
FAPF PRHK PAKK PAMA IR YIRA MITA \*AK HYNP  
H PIPY PRHK YAMPK BK HNA \*HPPK NIRA AA  
PPAK BBRHA \*AMH HYNPI \*HMK NPPH AP HNR-*



IA APAT IATRYANI IYANBI FHY PAMBI BMAA AA  
 IAKARVMAI, IAKAVIAK IYANBI MIAA IAKAK PAM-  
 AIK I \*ANP PARIK YAKP, MPPIA YIKK PA \*IKAK  
 EPK BARKI \*AKI AP IARHPIA \*HIA. id est,  
 interprete Brynolpho Svenonio in Periculo primo in præ-  
 fationem Saxonis: Consecraverat Rex (Heidricus) Freyi  
 Verrem, quem oportune dandum Freyi vehementer volu-  
 it. Hunc tantæ sanctitatis esse dicitur, ut compositis  
 manibus ad setas tergoris arrectorias iusjurandum in re-  
 bus gravissimis persolvere omnes cogerentur. Is Verres  
 in sacro Sonis mactandus erat. Porro festo vespere (Jo-  
 la aptan) qui communem Deorum Dearumq; omnium  
 solennitatem auspicabatur, introducitur Sonis Verres in  
 aulam & ante Regem constituitur. Hinc præsentis uni-  
 versi tangunt compositis manibus sacras setas, & conce-  
 ptis verbis jurantes vota nuncupant.

Lib. i. cap. 4. pag. 17.

A quo *Wibergam Cimbriæ*] Arngrimus Jonas hujus  
 nominis etymon commodè peti posse putat à voce *Wie*  
 quod dissyllabum immunitatem, & *Biörg*, quod rupem  
 notat. Locus enim olim fuisse videtur privilegiatus, &  
 multis immunitatibus dotatus, instar Asyli cujusdam.  
 Favere huic sententiæ videtur ejus appellatio prisca, qua  
*Wiebiörgum* & *Wiebierga* appellatur, ut constat ex iis,  
 quæ ex Knitlingsagu adduximus ad series Regum Daniæ  
 pag. 34. & 35.

Lib. i. cap. 4. pag. 19.

*Ellen nobis*, vel *Elven*] Priscis de senectute etiam  
 dicebatur ELLE vel ELVEN Hinc illud:

IKK PINKK AMI AP IYIM PA \*IKK BHIYN  
 BAKAK BIAIKK \*IKK &c. id est:

Senectus omnes prosternit, homines præcipites dando,  
 Arbores decorticando & sua quasi veste denudando.  
 Hinc *Elligur*, Senex, seu qui senectutem ostentat facie,  
 barba &c. *Elle modur*, fessus senio, *Elle brumur*, cui  
 membra senio obrigesunt. *Elliglop*: senectutis errata.

Lib.

Lib. 1. pag. 19. cap. 4.

Paulò aliter originem idoli ac statuæ JODUTÆ seu Zedutæ memorat Gryphiander de Weichbildis Saxonice cap. 21, in hunc modum differens: *Zeduta sive Joduta statua verissima origo hæc est, quod Saxones, cum sub Lothario duce insignem victoriam propè silvam Academia Helmstadiensi vicinam (vulgo Welfesholt) ab Henrico V Casare obtinuissent, statuam in rei gesta memoriam, collocarant, quam ab occisorum miserabili internecione, Zedut sive ut Saxonice, Tiodut denominarunt, rapta voce à corrupto Italico, io adjute mi, ut putatur. Cæterum posteri, oblitterata vera rei memoria, eam pro Dea Saxonum adiutrice suspexerunt & coluerunt. Quousq; Wernerus Præsul Merseburgensis eam tandem destrueret. Durat adhuc hodie inter Saxones consuetudo, ut in summo dolore Tiodut ingeminent. Vide Crantzii Saxoniam l. 5. cap. 36. Metrop. lib. 6. c. 7. Lindenbrog. in Chronic. Caroli Magni fol. 29.*

Pag. 34. cap. 6.

Ab hisce tumulis diversos esse eos necesse est, quos in agro Augustano inveniri scribit M. Velserus, Rerum August. Windelic. lib. 4. utpote quos terminorum vices olim subiisse retur, dum de iis in hunc modum differit: Extant in agro Augustano, ad certos pagos, prope viam colliculi exigui, quos manu aggestos satis apparet, ita in orbem compacti, ut torno rasi videri possint. Eos ad limitum rationem pertinuisse arbitror, adductus Fausti & Valerii verbis: *In limitibus vero ubi rariores terminos constituimus, monticellos plantavimus de terra quos Botontinos appellavimus &c.* Sed si Vindelici illi monticelli ad magnitudinem nostrorum tumulorum accedunt, non existimo eos esse de quibus loquuntur Faustus & Valerius, sed potius reliquias monumentorum iis in locis à Cimbris & Gothis structorum, cum oras istas occuparunt. De quo facile iudicium feretis, qui illos monticellos viderit, ac cum nostris contulerit.

Pag. 36. cap. 6. lin. 4.

Qui insignem horum tumulorum copiam & varietatem uno in loco videre gestit, insulam Hiarnóe sic à Rege Hiarno, qui ob Epitaphium Regi Frothoni scriptum Diademate & Regis titulo exornatus est, dictam adeat, & sat scio mirabitur. Sita verò hæc insula est in sinu maris, quâ Hottersnesiam Cimbriæ navigatur. In australi ejus parte in planitie prope littus ultraviginti invenies eo ordine & situ locatos, quo in sequenti cernere licet diagrammate. Historiam verò, hujus Hiarni, lege apud Saxonem, in principio lib. VI.



Memorable si verum, quod referunt incolæ ex quodam horum tumulorum, taurum cornibus enses effodisse, quem cum domum rusticus quidam detulisset, noctu vocem percepit, monentem restituendum eum loco suo esse, ni male mulctari vellet. Quod facere non neglexit qui illum asservavit. Omnes

Omnes hi tumuli, qui minores cernuntur, longitudine ad 12 aut tredecim accedunt ulnas, latitudine 4 aut 5. sed maximus cui mandatum voluit cadaver ipsius Regis ad triginta accedit, latus viginti circiter. Hiarnum vero hic cum toto exercitu tumulatum existimant.

A. Sepulchrum putatur Regis Hiarni, eò quod longitudine, amplitudine & lapidum dispositione, reliquos tumulos superare videatur.

B. Fovea quædam hic videtur, ab iis qui aut thesauros quærebant, aut lapidem dimovere conati sunt, effossa.

Quia verò ad oras hujus tabellæ, spæcii quid relictum vidi, icones urnarum quarundam sepulchralium, quas in Musæo teneo, apponi curavi. Erutæ vero sunt hic in Dania, & adhuc cineres & ossium combustorum tenent reliquias.

Prima maxima est & capacissima, altitudine pedis unius & unciarum septem, amplitudine qua venter maxime protuberat pedum trium cum unciis quatuor, colore ex cinereo rubicundo, ex argilla elaborata & in furno cocta. Inventa est in Cimbria in tractu Verumensi, & anno MDCXLIX à Nobilissimo viro Domino MAGNO HOG, Regni Daniæ Senatore prudentissimo, dono missa M. Stephano Stephano, Historico Regio, qui mihi illam obtulit, ut inter rariora Musæi asservarem.

Secundam ipse è tumulo in Selandia erui, prope prædium Magnifici DNI. Cancellarii CHRISTIANI FRISII de Kragerup, p. m. Lindholm dictum, non procul Roeschildia distans. Cum enim anno MDCXXXVII ibidem liberorum ejus valetudinem curarem, ac ædes novas ædificaret, complanandus erat tumulus vicinus, commodior ut esset exstructio. Summitatem hujus ubi abstulissent, circa medium ferme, in urnas quasdam fictiles inciderunt, in circum ordine dispositas. Quarum unam ubi eruissem longitudine erat pedali, teres, capacitate librarum circiter trium liquidorum, ex vulgari argilla confecta, colore rubicundo regularum vulgarium instar. Hoc peculiare observabam,

quod quævis urna cincta & stipata erat saxis quibusdam rudibus, sed planis, ne facile frangeretur, & ab injuriis tutior ut esset, operculum quoque obtinebat ex ejusdem generis minera, sed mole grandiore & planiore, ne quid incidere, & ossa ac cineres conspurcarent.

Tertiam mihi dono dedit Nobilissimus OTTHO Krag de Trudsholm, Sereniss. Reg. Majest. Secretarius summus, antiquitatum æstimator eximius. Minor quidem est primâ, sed elegantior, politior, ex materia subtiliori elaborata, colore subfulvo, levis, altitudine unciarum octo, amplitudine, quâ venter maximè protuberat pedis unius cum semisse in circumferentia. Cineres & ossa claudit ut prima. In Cimbria effossam accepi, sed quæ in regione nondum satis constat.

Sunt mihi multæ aliæ urnarum ejusmodi sepulchralium frustra, etiam ex ære deaurato confectarum, quæ a libi suum invenient locum.

Huic insulæ adjacet altera Alrœe, quasi insula Alrunæ dicta, in qua extat Monumentum Regine Alrunæ longitudine ulnarum quadraginta, latitudine duodecim. Nomen verò Alrunæ sive Adel-Runæ an proprium fuerit, an officii seu dignitatis certò non constat. Vide quæ de eo in Literatura Runica disseruimus. Hic tumuli structuram exhibuisse suffecerit.



Pag. 40. Lin. 14. cap. 6.

Huc enim non quadrat quod de Finnis referunt, eos nempe mortuos suos annosæ & concavæ arbori includere, nec aliter humare.

Pag. 86. Lin. 11. cap. 11.

Hvitfeldius in Historia Haraldæ VII expressè asserit, ferri igniti gestationem in Dania tempore Haraldæ VII ab-

roga-

rogatam, sed mox resumptam & viguisse usq; ad Waldemarum IV, quo tempore ab Eugenio IV Papa planè fuit abolita. Pontanus lib. V. Historiæ Danicæ, in ejusdem Regis Historia, Woldemarum hunc tertium fuisse memorat, sic enim ille: *Receptus est postmodum & servatus adhuc ejusdem Saxonis ævo, ferri usus, ad usq; Waldemari tertii tempora, quo regnante in totum est abrogatus, admittente præcipue Pontifice Eugenio, & ejus vice Sacramenti Religio firmitus sancita.* Verum sedente Eugenio IV Papa, circa annum Christi MCDXXXI, in Dania imperium obtinuit non Waldemarum IV, sed Ericus XI sev Pomeranus, & regnante Waldemaro III, nullus Papa Romæ sedit cui nomen erat Eugenius, consule Chronologiam Danicam Claris: viri Johannis Svaningii ad ista tempora. Negari interim non potest, quin tempore Waldemari I, suspecta apud multos in Dania fuerit hæc ignito ferro se purgandi ratio. Cum enim Magnus Erici filius, insidias Regi Woldemaro struxisset, atq; injunctum ei esset, ut se à criminationibus, per ignitum ferrum purgaret, respondit: *Anceps id genus experimenti esse* (verba Saxonis lib. 14. refero) *nec semper miraculo præditum, quod plerumq; & insontes damnare, & noxios absolvere soleat, fortuitosq; maxime eventus experimentorum habeat: neq; enim divinam potentiam, tanta mortalium cura flagrare, ut quibuslibet eorum votis, rerum naturam cedere compellat.* Hujus Woldemari primi tempore circa annum Christi MCLI sedit Eugenius III Papa. Mendum igitur Typographicum in Hvittfeldio & Pontano ut sit necessum est, Ac in Hvittfeldio pro Woldemaro IV legendum I, pro Eugenio IV legendum III. In Pontano verò pro *Woldemari tertii* legendum *primi*, tum enim sedit Eugenius, quem quotus fuerit non indicat.

Pag. 88. cap. 12.

Propè sinum maris, *Ifesfiord* dictum, qui Roëschildiam alluit, etiam electos & creatos fuisse Reges, non uno in loco indicat Saxo. De Hottero loquens lib. III: *Inde,*  
inquit,

inquit, *Salandia portum Isoram ingenti classis numero occupat, imminentis fortuna beneficio usurus, ibi Rex ab occurrente Danorum populo constitutus.* Lib. II. Haraldus VI Hein dictus; ibidem Regium Diadema obtinuit. *Isoram, ait, habendi delectus gratia conveniunt.* &c. Lib. 3. *Ob rerum angustias Ericum Regio apud Isoram nomine, insigniri nequivisse refert.*

Pag. 89. eodem cap.

In manuscripto quodam de origine & gestis Danorum hæc invenio de Dano, primo Daniæ Rege annotata. *Hoc facto electus est in Regem, & positus super lapidem, ubi nunc est Kovirke, in signum soliditatis Regni & Justitiæ factus.*

Cap. 13. pag. 95.

Apud Socratem lib. 9. Histor. disceptatio extat de crucis signo apud Ægyptios, quam hinc addam. *Cum, inquit, Serapidis templum spoliaretur, & in sacris, uti vocabant, literis, crucis figura inventa esset; ea res in disceptationem venit. Christiani enim, quibus notarum periti adstipulabantur, crucem Christo adjudicabant: Ethnici vero commune quidpiam Christo cum Serapide esse, impie contendebant. Tutatus est causam suam Deus; Plurimi eorum quos Diabolus deceperat, Christo nomen dedere, & trophæum passionis crux triumphalis, notatis frontibus refulsit.* Sed crucis signum apud nostrates, nihil affine habuit Ægyptiaco. Vide de hoc signo differentem Richardum Montacutium Origin. Ecclesiast. Tom. 1. parte post. pag. 390.

Lib. 2. pag. 133.

Nostratibus *Myklegard* raro denotabat Megapolim, vulgo *Meslenburg*: Sed Constantinopolim, seu Byzantium, quod eo sedem imperii transtulerit Constantinus, ætate urbs ista in maximo erat pretio. *Gard* namque antiquitus, urbem, arcem aut regionem significabat; unde & Russia nostratibus dicta *Ostregard*, quod Regio sit ad ortum Solis sita.

Lib.

Lib. 3. ad Monumenta Scanica.

In templo Sallerupensi Baptisterium extat, ex saxo griseo elaboratum, in cuius labro quâ septentrionem spectat literis Runicis inscriptum est nomen ejus, qui id elaboravit in hunc modum:



ΨARAIK: ΨIY: PIARFI:

*Martin mik giardi*

MARTINUS ME FECIT.

Omnia per se clara satis & perspicua: indicat enim nomen ejus, qui hoc opus elaboravit, fuisse Martini.

Aliud extat in muro qui cingit Cœmiterium templi Glimmingensis propè januam, quod maximâ ex parte terra tegitur. Invenit & mecum communicavit anno MDCXLIV clarissimus Collega meus Dominus Doctor Christianus Stovgardius in Academia Hafniensi olim Eloquentiæ Professor publicus; qui cum illac transiret, ac in parte supra terram eminente notas quasdam observasset, remotâ terrâ, & fruticibus adjacentibus, reliquum detexit, ac saxi molem totam ad ovalis figuræ speciem accedere animadvertit, longitudine ulnas ferme

b

duas,



duas, latitudine æquante unam, cujus superior pars notis insignita, inferior plana, iis destituta, ut & ejus superficies seu area interior in hunc fermè modum.



HNIN: HTI: HTIK: FTIH: IPTIA: THTT: \*IK:  
 HYARBI: PALPR: HIK: \*TRPT: PPHK: TRNTI:  
 NIRPI: TT: RTT: \*HPH: NBRINHI.

*Sveni seti Stin desi. istir Tuste hin skarpe faudur  
 sin, Herde guden truti Virdi at, Rete hugs upriusti.*

SVENO LAPIDEM HUNC POSUIT IN MEMORIAM TUSTÆ ACUTI, PATRIS SUI DEO FIDI, E PROGENIE VIRDI, RETE TUMULUM EXSTRUXIT.

Inscriptio hæc, quamvis quo ad priorem sui partem difficultatis habeat nihil, quò ad posteriorem tamen, non pauca sunt, quæ negotium interpreti facessere valeant. Nomen Svenonis & Tustæ non adeò infreqvens, sed cognomen HYARBI non magnoperè tritum, Acutum verò denotat, sic cultros, gladios, secures & alia quibus scindimus aut pungimus vulgò *Skarpe* vocare solemus. Hic verò ad animum & ingenium translatum puto, eò quòd  
 inge.

ingenio præditus fuerit acri & excellenti, vel in bellis strenuus & validus.

\*IRPI PNHK TRNTI. Quidam legunt RNTI. De hac loqvendi formula fufius differuimus libr.3. in Monumentis II X. XIV. XVI, lib.4. Mon. VI. & Lib. V. Mon. VI. forfan pro TRNTI aut RNTI, legendum TRNF, ut in Monumento 8. libri III.

NRPI ††. Innuere ipsum arbitror, Tuftam hunc fuiffe è familia & progenie Viridi. Qualis verò illa, fcriptis celebratum invenire haud potui.

RITI. Mihi videtur, qvòd hisce verbis eum indicare velit, qvi tumulum & monumentum exstruxerit, qvi Rete dictus fuerit. Hinc etiam colligere datur, faxum hoc in tumulo qvòdam aut colle positum fuiffe, in qvo sepultus fuerit hic Tufta nofter, ac demum exstructo templo traductum in ufus qvos jam pofidet.

Lib.3. ad Monumentum Leragriense p.218.

De hoc Monumento ex Islandiâ occidentali ita fcriptit Doctifs: vir Dominus Jonas Arefonius, Pastor Watzfordensis dignifs: Monumenti Danici, charta exprefsi, exemplar triplici Literatûra Runica infigne Dn. Arngrimo à te miffum aliquando vidi, ubi primum hæc verba occurrebant: *Ifod feti her utmuti Sol &c. Aprun, Dumrun &c.* id est Ifod ftatuit hic fub dio contra Solem. Nomen inde proprium Dumrunis involutum erat, Aprunas autem inverfo Alphabeti ordine evolvere est, adcoq; in uno illo saxo triplex extat Literatûra Runica.

Lib.4. Monum.1. Pag.257.

*Nec est quod quis suspicetur*] Quia inter noftates qvòsdam effe intellexi, qvi de fenfu hujus Aimoini loci dubitent, epiftolam, qvam Nobiliffimo Domino OTTHONI KRAGIO hac de re fcripti, his addere lubuit, ut qvorundam fcrupulis fatisfiat accuratius.

b 2

Viro

*Viro Nobilissimo*D. N. OTTHONI KRAG  
DE TRUDSHOLM,Serenis: Majest: Regiæ Secretario  
summo

OLAUS WORM S. D. P.

**H**X iis quæ nuperè variis de rebus jucundissimè inter nos acta sunt, intellexi quosdam mirari, quod Nobilissimam Urnorum familiam lib. 4 Monumentorum Danicorum, inter antiquissimas referam; idq; auctoritate Aimoini Monachi stabilire allaborem. Quocirca non potui, quin apud Te, patronorum amicissimum, instituti mei rationes deponerem, ac quæ mihi obijciuntur diluerem, ut constet me nihil sine rationibus, & magnorum virorum auctoritatibus, hac in re asseverasse. Tibi verò de omnibus judicium relinqvens liberum, utpote qui ex cascis illis & obsoletis, quam difficile sit veritatem elicere, probe nosti.

Initio notandum venit, locum quem pro fundamento ponimus, non ab omnibus eidem auctori adscribi. Hvitfeldius noster ex Eginardo, quem alii Einhardum vocant, & Cancellarius Caroli Magni fuit, ejusq; vitam conscripsit (licet alii Alcuino hoc opus tribuant) hæc verba citat, & quidem sermone tam Germanico quam Danico. Verum Eginardi opus Germanicè conscriptum mihi videre non contigit, in Latino, quod in corpore Francicæ historiæ extat, hoc fœdus non reperitur. A Pontano in Historia Danica Aimoino tribuitur, apud quem extare ait capite 99 libri quarti (sequutus editionem Parisinam, anni 1603,) quod verum est, si omnia quæ sub nomine Aimoini edita sunt, ejus esse credas. At si autorem Corporis Francicæ Historiæ anno 1613 Francofurti apud Wechelium editum sequaris, hujus fœderis descriptor non erit Aimoinus, sed Adelmannus seu Ademarus Benedictinus apud quem ad annum DCCCXI pag. 413 id invenies  
hac

hac formula: *De parte Danorum in primis fratres Hemmingi Hancum & Angadeo. Deinde ceteri honorabiles inter suos viri, Offredus cognomento Turdimulo, & Warsteinus & Svonus & Urmus & alius Offridus filius Heiligeni & Offredus de Sconawve & Hebbi & Aovus.*

Hunc locum, quia proram ac puppim nostræ opinionis posuimus, de eo pauca sunt monenda. Joannes Isaacus Pontanus Historicus Regius, qui tam exterorum quam nostratium de rebus gestis Danorum diligenter perquisivit documenta, lib. 4. Histor. Danic. in Historiâ Hemmingi Regis, locum corruptissimum agnoscit, dum sic differit: *Fœderis ipsius formula apud Aimoinum & alios concepta corruptissime exhibetur. Si non modo corrupta, sed & corruptissima existimatur, quomodo corrigenda sit, operæ precium est ut ex ipso audiamus Pontano. Sic autem ille legit: Quorum qui ab Hemmingo Rege erant missi, nominatur uterq; Regis frater Haqvinus & Angadeo, nec non Ostredus cognomento Turdimulo, Wastemus, Svonus, Urmus, filiusq; Helligeni sive Haqvini Ostfredus & alius ejusdem appellationis de Scanorve, itemq; Ebbo & Uffo. Hic expressè illum quem alii Urmum vocant Urnum appellat, unius saltem lineolæ mutatione. At huic viro in Criticis & Historicis quantumtribuendum me melius nosti. Inter veteres Scriptores qui res gestas Imperatorum Germanicorum descripserunt, ex bibliotheca Justi Reuberi editos Hanovix typis Weichelianis anno 1619 unus extat, qui annales Regum Francorum Pipini, Caroli Magni & Ludovici concinavit, quiq; à Reubero putatur ejus ætatis Astronomus, & Regis Ludovici domesticus fuisse, sed ni fallor ego, is ipse est Aimoinus vel Adelmus, de quo jam actum. Hic formulam fœderis hujus his verbis exprimit pag. 39: *De parte Danorum in primis fratres Hemmingi Hancwin & Angadeo, deinde ceteri honorabiles inter suos viri, Osfred (al. Osfrid) cognomento Turdimulo, & Warsten (al. Warstein) & Swomi (al. Svomi) & Urin**

Urin, & alius Osfred filius Helligon, Osfred de Sconowe, & Hebbi & Awin. Ubi expressè is qui aliis dicitur Urmus vel Orm, Urin appellatur. Heldvaderus in Sylva chronologica circuli maris Balthici p. 28. hujus etiam meminit, hac verborum forma: *Auff der Dennemarcker seiten waren da entgegen zehen fürnehmen vom Adel / alsz Dßferd / Turdimulo / Warsten / Swony / Vene / Dßferd / Helligon / von Schonow / Ebbe und Lage / neben des Königs Hemmingi beiden Brüder / alsz Uker und Lage.* Et certè corruptum hunc esse locum evidenter evincit variae lectionis collatio, & nominum priorum diversa elementa ab autoribus prolata. Specimen exhibeamus.

| Corp <sup>o</sup> Hist Frac.<br>ex Adelmo. | Astronamus.             | Hvitfeldi <sup>o</sup> ex<br>Eginhardo | Pontanus ex<br>Aimoio.                                | Heldvaderus.         | Conjectura.        |
|--------------------------------------------|-------------------------|----------------------------------------|-------------------------------------------------------|----------------------|--------------------|
| Hancum                                     | Hancwin                 | Haquin                                 | Haquinus.                                             | Uker                 | Haagen             |
| Angadeo                                    | Angadeo                 | Angadeo                                | Angadeo                                               | Lage                 | Lage               |
| Osfredus                                   | Osfred                  | Osferd                                 | Osfredus                                              | Dßferd               | Dsten              |
| Turdimulo                                  | Turdimulo               | Turdimulo                              | Turdimulo                                             | Turdimulo            | Thor Mule          |
| Varstinus                                  | Warsten                 | Warsten                                | Wasteinus                                             | Warsten              | Tosten             |
| Swonus                                     | Swoni                   | Suni                                   | Swonus                                                | Swony                | Sven               |
| Urmus                                      | Urin                    | Orm                                    | Urmus                                                 | Vene                 | Vene               |
| Osfredus filius<br>Helligon                | Osfred fil.<br>Helligon | Osferd<br>Helge                        | Osfredus filius<br>Heligeni sev<br>Haqvini            | Dßferd<br>Helligon   | Dsten Helligon     |
| Osfredus de<br>Sconowve                    | Osfred de<br>Sconowe    | Asmund von<br>Schonaffe                | Osfred <sup>o</sup> & ali <sup>o</sup><br>de Sconowve | Dßferd von<br>Sconow | Dsten aff<br>Scane |
| Hebbi                                      | Hebbi                   | Ubbe                                   | Ebbo                                                  | Ebbe                 | Ebbe               |
| Aovus                                      | Awin.                   | Offae                                  | Uffo                                                  | Lage                 | Dßbe               |

Primum quem nominant Hancum, aut Haquinum, in Genealogiis Danicis non invenio fratrem fuisse Hemmingii. Hic enim Haraldo Gormonis filio ortus, (vel Olao, ut Meursius putat,) fratres habuit Regenbaldum, Atserum & Agonem, teste Lyscandro nostro in Genealogiis. Nisi hic Hancus sit Atserus, Andegao vero Ago, qui & aliis exteris Historicis ut Reginoni ad annum DCCCXI dicti sunt Ancimin, Angaseo, ut ibidem asserit idem. Non levis igitur hæc mox in principio, corruptela. Quid si Turdimulo sit Thor mule? & Suni sev Sveno cum Urne conjungendum, ut sit Suni vel Sven Vene? Asmundus Hvitfeldii apud alios non legitur. Vides cur Pon-

Pontanus locum hunc corruptum existimaverit. Idem suboltecisse videtur Hvitfeldius, cum longè aliter ex Egenhardo in vita Caroli citet quam reliqui, Germanica ita habent: *Auff der ander seite Haqvin und Andgadeo die Brüdere Henningli / Dßfert / Turdimulo / Warstew / Suni / Orm / Dßferdi / Helge / Asmund von Schonasse / Vbbi / und Dffue.* Ubi observa nomen Turdimuli non ut cognomen, sed ut proprium poni, & Asmundum addi qui apud reliquos non invenitur. Non igitur sine causa hunc locum corruptum conqveritur Pontanus; quæ mihi etiam haud deest, ut ejus amplectar emendationem, quæ pro Urme vel Orm ponit Urne. Primus igitur qui opinionem meam statuminat est Aimoinus, ita ut dixi à Pontano emendatus. Huic in Monumentis addidi Gerardum Mercatorem Geographum clarissimum, qui in descriptione Daniæ, familias apud nos nobiliores enumeraturus, inter eas locat *de Uren, qui vixerunt Caroli Magni tempore.* Quod procul dubio, non ex leipso, sed fide dignis hausit auctorum & historiæ documentis. Johannem Adolphum Cypræum in partes quoque vocavi, ut in ore duorum aut trium omnis consisteret veritas. Is libro Annalium Episcoporum Slesvicensium pag. 5. de eadem familiâ locum exponit Aimoini, sic differens: *Cum autem Carolus Magnus Roma reversus, ut Saxones & Frisios liberaret in ipsum (Gothricum) arma decrevisset, res per utriusque consiliarios, inter quos fuisse fertur, quidam ex nobili familia Danica UHRN (quæ etiamnum floret) transacta est, &c.* Quamvis plures adducere, forsan non adeo foret operosum, hoc tamen sufficere arbitratus sum, ad antiquitatem nobilissimæ hujus familiæ asserendam. Quam labefactare qui gestit, hos triumviros de ponte prius ut dejiciat necesse est, quam nos in vota sua habeat proniores. Non hic commemorabo in ore omnium esse, Nobilissimum & Docilissimum virum Dominum CAROLUM DANZÆUM Christianissimi Galliarum Regis ad nos Legatum, in hac quoque fuisse opinione, inductum procul dubio documentum-

cumentis indubitatis & Aimoini & aliorum MSS; quæ in Gallis evolverat, siquidem vir fuit ut eruditissimus, ita in Historicis & Politicis versatissimus. Nec repetam supra ex Astronomo allata fœderis formalia, ubi expressissimè ponitur URIN. Nec Heldvaderum adducam, quod pro sua stet probabilitate; sed saltem tot in contrarium ut proferant hujus sententiæ oppugnatores, urgeo.

Regerebas, ni fallor, cognomina ea ætate Nobilibus Danis in usu non fuisse; sed imperante in Dania FRIDERICO primo demum assumpta. Miror quo fundamento hæc proferantur, cum hic ipsius Aimoini locus, de quo disputamus, contrarium manifestè evincat. Nonne expressè dicit Ostredum cognomento dictum fuisse Turdimulo? Quod si ipse hoc tempore cognomen tale habuerit, quidni & plures? Si eos qui nostræ ætati propiores fuerunt, & ante trecentos circiter annos, consideraverimus, patebit cognomina nostris Nobilibus fuisse frequentissima. Ut de aliis nihil dicam, *Thimmonis Banner*, à quo hæc familia ortum traxit, mentionem facit Saxo Grammaticus Hist. lib. 10. floruit verò hic sub Canuto Magno circa annum Christi MXX. *Petrus Bôs* sev *Oxe* lib. 14 Woldemari primi tempore, circa annum Christi MCLX. Anno millesimo trecentesimo sexagesimo, præsentè Rege Woldemaro quarto Calingburgi celebrabantur comitia, quibus interfuere ex familiis quæ etiamnum apud nos florent; Henningus *Podebust*/ Benedictus *Aneseldt*/ Petrus *Grubbe*/ Petrus *Munck*/ Nicolaus *Wind*/ Boëtius *Hæg*/ Christianus *Raas*/ Petrus *Lunge*/ &c: præter cæteros cognominibus præditos, quorum familiæ jam non extant. Qui omnes Armigeri vocantur, hoc est, interprete Spelmanno meo in Archeologia, viri nobiles & generosi, qui arma tractant militaria, sed equestrem adhuc dignitatem non sunt affecuti. Vide constitutiones Woldemari quarti anno supra citato datas, & Regis Christophori anno MCCCXX rogatas, aliasque quæ extant in Codice Legum Cimbricarum per Canutum Episcopum Wiburgensem edito, &

hujus

hujus opinionis fundamenta convulsa videbis. Nec aliud evincunt quæ ex Historia Friderici primi, à Hvitfeldio concinnata adducuntur. Pagina mihi 365. hæc habet: Kong Fredrich var først Uarsag til at Adelen her i Riget hafve maat kalde dennem aff Electit ot Baabenit/ ved deris Tilnæfn/ udi stedit/ at fleste Delen tilforn / hafve kaldet dennem efter deris Forældre/ Pederffon/ Clauffon / etc. Quod si suis cognominibus appellari deberent, utiq; ea habuerunt antea in familiis. Deinde dum ait maximam partem, non usam fuisse cognominibus, concedit aliquam partem iis usam; fallum igitur nullos cognominibus suis appellatos fuisse. Decretum Regis Friderici non nova illis dat cognomina, sed vetera & seposita revocare jubet, ne familiæ confundantur. Sed quia hanc controversiam cum viro Nobilissimo Domino HENRICO SPELMAN p. m. per epistolam olim Monum. Danicorum lib. 3. pag. 163. fuisse ventilavi, plura hic non addo.

Objiciunt præterea quidam, ut audio, errorem à me commissum in citando Aimoino, eò quod libro 4. Monumentorum Danicorum scribam extare hunc locum in libro 4. Aimoini cap. 97. Errorem hic nullum agnosco, & cæcos esse oportet qui non videant ita esse. Cæterum quid ipsos in errorem duxerit facile animadverto. Cum multæ sint editiones Aimoini, omnes ex sua sunt metiti. Usus ego sum codice editionis Pariensis, edito (ut ex Privilegio constat, nam in titulo non extat) anno MDXI, curante Joanne Parvo & Ascensio, vel si Badii epistolam aut libri finem seqvaris MDXIV. In cujus facie prima auctor non AIMOINUS, sed Annonius Monachus Benedictinus vocatur. In hujus codicis libro 4. cap. 97, pag. 89, si non reperiat a me citata, causa ceciderim. In editione Parisina anni MDCIII Jacobi de Breul Monachi S. Germani à Pratis, caput est 99. pag. 235. sed in Corpore Francicæ historiæ Francofurti per Wechelium edito anno MDCXIII, non notatur caput; nec Aimoino, sed Adelmo adscribitur ad annum DCCCXI, pag. 413. Vides igitur,



mi KRAGI, insignem mihi hic factam esse injuriam, & non temerè de citationibus auctorum judicandum esse, nisi prius omnes editiones evolverimus. Causæ hujus diversitatis sunt auctorum de scriptis Aimoini sententiæ discrepantes, de quibus, si placet, consule judicia F. Jacobi de Breul, Monachi S. Germani à Pratis, item Marquardi Freheri, & Gvilhelmi Ranchini, præfixa Corpori Francicæ Historiæ. Nobis longius divagari hoc tempore non est constitutum.

Urgent porrò, in plerisque exemplaribus legi *Urmus*, non *Urnus*. Corruptum hunc locum supra conqvestus est Pontanus, atq; hujus rei documentum sufficiens nos dedisse arbitramur. Quocirca non possumus, quin Pontani & aliorum admittamus correctiones, donec fuerit qui argumentis evidentioribus contrarium demonstraret.

Deniq; summam rei in eo consistere putant, quod sive *Urmus* sive *Urnus* legatur, nomen tamen sit proprium, non verò cognomen. Hoc est quod controvertitur, ac nisi probetur, eodem jure negatur, quo asseritur. Ad dunt quidam patere hoc ex voce *Cognomento*, quæ *Turdimulo* additur, non verò *Urno*. At hanc vocem apud Eginhardum non legit Hvitfeldius noster, quocirca *Turdimulo* inter reliqua ponit tanquam proprium, & quidem, ut mihi videtur, rectissimè; convenit enim optimè cum *Tord Mule*. Ac cum locum hunc corruptissimum esse supra evicerimus, certi quid ex eo, nisi corrigatur, colligi posse, vix credo. Quin imò si toties, quoties cognomina ponuntur, repetenda in eadem periodo esset hæc vox, inconcinna prorsus redderetur oratio. Nonne videmus usu receptum esse, ut crebrò non proprio, sed cognomine compellemus ac citemus viros eximios? Te, ubi Nobilissimum vocavero KRAGIUM, omisso proprio, an quidpiam contra communem loquendi rationem peccatum? Cum dico, in Hispanica legatione Anno 1620 primas obtinuerunt Schestadius & Kragius, omnes ex circumstantiis temporis & rei, antecedentibus & consequentibus


tibus colligunt, Hannibalem & Otthonem fuisse. Pari modo hic nominatur Urnus, qui tum ob præclara in Rempublicam merita, & Legationes ex voto obitas, fuit celeberrimus, qui forsan Suno aut Sveno dictus, is scilicet qui hic ponitur. Et quis scit annon alia hujus generis in hac periodo vocabula, potius cognomina quam propria sint censenda?

Vides, Nobilissime KRAGI, tanta non esse quæ obijciuntur, ut me à sententia dimovere possint. Si majora & solidiora perceperis, facilis, pro solita humanitate mecum communicabis. Is enim sum, qui indies discere & à doctis ac rerum peritis erudiri discupiat. Vale quam prosperrimè. Hafniæ V. Id. Jan. Anni 1601.

Lib. 5. pag. 272.

### ARHUSIENSE.

Singula propè Arhusiam diligentius rimandi negotium dedi Juvèni ornatissimo Domino Laurentio Bordingio Discipulo meo, antiquitatum nostrarum haud imperito, qui sequentia demum invenit, & ad me transmittit.



In ipsa urbe, cœnobium est D. Virgini olim consecratum, in cujus porticu, quâ in templum itur, non procul à Janua, muro insertum visitur lapidis fragmentum, ita ut dimidia fermè pars terrâ & pavimento tegatur. Longum ulnam unam cum ejus quarta, latum eadem mensurâ, quadratum enim fermè constituit. Cujus notæ quibusdam in locis oblitteratæ, idea vero talis.

Certi quid hinc colligere non datur, siquidem maxima pars inscriptionis desideretur, & reliquum ita corruptum, ut nullus se hinc expediet. Ex voce *ῬἶΚΗΙ*, pro *desi* colligere licet ex verustioribus hoc fuisse, sed unde advectum ac huc translatum, nemo est qui narret, siquidem ante fundatum templum, cujus muri partem constituit, huc delatum satis appareat.

Illud potissimum hic observandum venit, quod Monumenti hujus characteres, peculiari modo sint expressi, adeo ut rationem scribendi imitari videatur eam quam Litteratura Runica cap. 24 descripsimus, & *Ἐξερροφηδον* à quibusdam vocari diximus. Incipit à sinistra & ubi ad dextram pervenit, ad sinistram recurrit, prorsus eo modo, quo boves arando sulcos vomere in terra ducunt. Prima linea hæc continentur *Ἄ: ῬΥΗΝ*, jam vertenda charta ut legas secundam *Ἰ: ῬἶΚΗΙ: II.* rursus vertenda, ut tertiam assequaris: *Κ: ΨΝΤῪ.* parem versionem requirit quarta, ut legas *Η: ΝΗΤΝ.* item ultima *\*ἸῬἸΒΝ.* Extant ergo *ῬΥΗΝ*, forte *RIῪHTI* reisti, tumulum scilicet, *ῬἶΚΗΙ*, hunc; *ῪΨΝΚῪῪ*, Omundus, quod proprium haud infrequens. *ΗΝῪ*, forsan *ΗΝΗΚ* Sveno. *\*ἸῬἸΒΝ*, Slesvicum olim Hedeby vocarunt. Sed quia saxum adeo mutilum, & undiq; suis notis spoliatum, plura de eo hic differere non datum. Dum in sua stetit integritate, non dubito quin pulcherrimum fuerit, antiquissimum, & res memoratu dignas continens. Micæ hæc colligere cogimur, donec sit qui epulis lautioribus nos satiet.

#### VEDELBYENSE.

Arhusia vix uno lapide distat pagus Vedelby, in ejus agris

agris situs olim erat collis *Grindhøj* dictus, jam à Rustico vicini agri possessore complanatus fermè. Hic dum vomere terram proscinderet colonus, in saxum impegit tanta violentia, ut ferrum dissilierit, rimatus singula diligentius, grande offendit saxum gleba obrutum. Quod ne iterum esset obstaculo aut lege um proventum impediret, ascitis lociis eruere non destitit molem, longitudine duarum ulnarum cum semisse, latitudine unius cum semisse, crassitie duarum quartarum, rudem, saxi vulgati, altera parte planam & characteribus insignitam. Quam domum transferre curæ habuit & horrei sui foribus aptavit, commodior ut esset introitus, ibidemq; adhuc extat. Ita verò terræ adhærebat, ut faciem literatam ei obverteret, sculptura vacuum aëri ostentaret, quod arguit ab agri possessore olim studio disjectam fuisse & terra operatam, ne impedimento foret arantibus & messem facientibus. Superstitioni verò vicinum, quod refert agri possessor, glebam ejus loci, ex quo translatum saxum, non esse ea fertilitate, qua gaudebat antea. Faciem saxi hic habes.



ÞNRVIR: RIRI: HTK: ÞHM: NPTIA: TNP A:  
 YLP: HIK.

*Thorkil risdi sten densi vestir Tufa mag sin.*

THORCHILLUS LAPIDEM HUNC POSUIT  
 IN MEMORIAM TUFÆ SOCII SUI.

ÞNRVIR Thorchillum verti, Þ enim valorem habet Th, præsertim quando punctatum. In vetustioribus verò, licet puncto careat, promiscuè & D & Th exprimit. Tertia litera obscurior erat in Monumento: qui descri-

psit Þ posuit, ego R legendum censeo. Frequentius certè nomen Thurkil quàm Dudkil.

HTK In hac dictione ultima litera composita videtur ex H & K.

YAF: *Maag* olim socium, comitem & amicum notat, jam verò conjugem, ut este *Mage* vel æqualem aut ejusdem generis; Sic dicimus: *De to ere Mage*.

Signum crucis ut & manus effigiem, demum saxo impressa arbitror, ut limitis, aut alterius rei esset indicium; majorem enim hoc Monumentum sapit antiquitatem, quàm ut Christianis adscribi possit.

Lib. 5. pag. 298.

Virgulam eroticam à nobis dictam, citat Reverendus & clarissimus vir Dominus Jacobus Philippus Thomasinus Aemoniensis Episcopus, in erudito suo de Tesseris hospitalitatis tractatu cap. 18. Quem ubi mihi obtulisset ac Patavio ad me huc transmisisset eruditissimus noster Johannes Rhodius, occasionem sumpsi in ejus sensum ulterius inquirendi. Consului igitur apud nos commorantes Islandos, qui hæc mihi exhibuerunt.

Tesseram seu bacillum Runicis literis exaratum veteres vocarunt RÛNAKEBLE, id est Cabalam Runicam, quâ Epistolæ loco, haud infrequentè uti solebant, ut hic factum videtur.

In hujus autem enodatione initium fieri debet ab extremitatum altera in qua hæc occurrit nota K, quæ æquivollet literæ N Latinorum, & *Naud* vocatur, necessitatem, tristitiam, aut dolorem indicans. Cui respondet in opposita extremitate, alia in hunc modum expressa A, Latinis A, Priscis *Aar* dicta, in Trideilur *Gumna gaman*, humana jucunditas. Vel si non A sed H legendum sit, idem denotabit, Nam H seu *Nr*, ibidem exponitur *viter grænst*, *vyda Lynsol*, id est amœnus ramus & aulæum pictum. Quocirca cum hæc duo in duabus opponantur Tesseræ extremitatibus oppositis, iis indicare volebat auctor, necessitatem & dolorem unius, expetere amorem,

& ju-

& jucunditatem alterius. (Nota verò hæcæ duas notas omiffas esse in delineatione quam nobis exhibuit Tomafinus.)

Initium legendi sumendum esse videtur ab eo latere, in quo reperitur hæc nota  $\leftarrow B$ , quæ nomen amatæ completi videtur, & certè literas omnes quæ nomen *Botild* exprimunt, hinc non difficulter quis eruerit. Hinc fequuntur:

$B\bar{N} \bar{M}\bar{P}\bar{K} \bar{N}\bar{H}\bar{T}$ . Primas duas literas, vel junctim vel feparatim legere licet. Junctim *By* vel *Boe* conftituunt; quæ locum, habitationem aut domicilium notant. Separatim *B* nomen forfan proprium *Biornonis*,  $\bar{N}$  verò *Ulfonis* indicabit, ut fit amantis nomen.  $\bar{M}\bar{P}\bar{K}$  nomen,  $\bar{N}\bar{H}\bar{T}$  novit.

Sequens latus hæc tenet:  $\bar{H}\bar{K}\bar{H}$ . Quas literas arbitrator fepectare ad ultimas præcedentis, ut legendum fit  $\bar{N}\bar{H}\bar{T}\bar{H}\bar{K}\bar{H}$  unica voce, id eft nofcens, fev fcienſ, quali diceret: Tu qui ſcis & cognoſcis nomina noſtra ex appoſitis ſignis.  $\bar{M}\bar{K}\bar{P}\bar{N} \Psi$ .  $\bar{M}\bar{K}$  *Lan*, id eft commoda, mutua,  $\bar{P}\bar{N}$  *Tu*,  $\Psi$ . Runicè exponitur *Madur*, quocirca & sæpè ſola hæc litera pro tota ponitur voce, quæ virum notat. Vult igitur dicere: *Da tu vir*.

Tertium latus hæc habet:  $\bar{A}\bar{P} \bar{H}\bar{K}\bar{Y}\bar{H}\bar{A}\bar{H}$ . Ex memoriali hoc ligno. *Thencke* vel *Penke* eft cogito, remiſcor,  $\bar{H}\bar{A}\bar{H}$  ſedem vel locum, cui aliquid impoſitum exprimit. Hanc igitur teſſeram vocare videtur ſedem memorialem, quod uſum hunc habeat, ut in memoriam Amici revocet affectum Amicæ. Nota quæ ſequitur, & ei aſſimilatur quæ ſulphur exprimunt Chymici, ignota eft, ni ſit ſymbolum aut character ejus, quæ hæc exaravit.

Ultimo hæc exhibentur:  $\bar{Y}\bar{A}\bar{H}\bar{R}\bar{H}\bar{T}\bar{A} \Psi\bar{H}\bar{H}$ , dilectiſſimæ virgini. Litera  $\bar{H}$ , *Acrallum* aut longum quandoq; notat, quandoq; *Æ*, idcirco non poſſum aliter accipere, quam quod cum ſequenti ejusdem figuræ conſtituat Diphthongum *Æ* aut *Al*, quæ olim in hac voce fuit uſurpata. Scribere enim ſolebant *Kerallu* non ut jam *Kiere*

**Kiereste.** In Dativo autem hic ponitur *Kerasta Mæne*. *Mæn* quidem olim virgo fuit appellata, ut videre licet in Havamalum, Gróttusong, Edda, &c. *Uioerum Frodæ Fridleifs Sonar, mätkar möjar ad mæne hafdar*. Id est: Nos sumus Frodæ Fridlevi filia, fortes virgines pro puellis habitæ. *Mæn* propriè mollem puellam significat in Dativo *Mæne*. Si hic intelligendus esset vir, per duplex *K* scribendum foret *Mænne*.

Sensus igitur Tesseræ hic fit:

AH N. N. NOMEN COGNO-  
SCENS N. MEUM DA TU VIR  
PER MEMORIALEM HANC TESSERAM  
CHARISSIMÆ PUELLÆ JUCUNDUM AMOREM.

Lib. 5. pag. 302.

### HIERMINDANUM ALTERUM.

Ab Hiermindano primo, vix mille passus distat alterum, quod anno MDCXLIII inventum ab Agricola, qui vomerem arando in illud impegit, siquidem terra obrutum multis annis. In editiori situm loco, ut prius. Duas ulnas æquat longitudine, unam latitudine. Hujus formæ figuræ.



TRNK

ТНЩА: РИЩІ: ИТІК: ЫІМІ: ІЩТІА: ТНІТІ:  
 ИНК: ИК: \*ИРРК: ТРНР:

*Tufa risdi stin densi ifter Tusta sum sin, birgn trug.*

TUFA LAPIDEM HUNC POSUIT TUSTÆ  
 FILIO SUO DIIS FIDO.

Inscriptio ab imo ad summum ascendit, dein recurrit ad imum, mox inde rursus ascendit & in apice terminatur, omnia clara & perspicua, præter ultimum votum, quod inverfis literis exaratum, ut peculiarem eo contineri sensum declaret. Est & hoc peculiare, quod per Syncope[m] literas quasdam elidat, vel ob spatii angustiam vel aliis de causis. Pro eo enim quod ponit \*ИРРК, legendum arbitror, ut in primo Hiermindano \*ИРРІ УНРАК, & in aliis supra citatis, cujus formulæ explicationem vide sis lib. 3 Monum. 8. ut & ii ejusdem libri. Hoc præterea hic occurrit; suspicari posse quempiam eos, qui hac formulâ exornata reportarunt Epitaphia, sicca morte, ut ille ait, seu morbis extinctos in lectulo fuisse, atque ita à Diis, ut volebant, abreptos. Alios verò in quorum Monumentis hæc non leguntur, aut bello, aut aliis casibus perisse. Sed judicium sit penes lectores.

Lib. 5. pag. 357. Lin. ult.

Cometas forma cornu quandoque effulsisse, literis consignatum accepimus. Anno enim quo Græciam Xerxes decies centenis millibus invasit, obvia quævis vastans atque diripiens, Cometæ cornu figura visum tradit Cornel. Gemma Cosmocrit. lib. 1. cap. 8.

Lib. 5. pag. 363. Lin. 19.

Adductorum versuum auctorem, Drepanium fuisse existimat Carolus Paschalius de Coronis lib. 10. cap. 4. Unde verò irreperit error iste, quod Pictores vulgo Mosem pingant Cornutum, doctè ostendit Gaffarella in tractatu quem vocat Curiositez inovyés. cap. 4. *Que pouvoit on, inquit, concevoir de plus crotésque, apres n'avoir compris*

que



que le mot קרן Keren estoit equivoque à corne & à lueur, ou splendeur, que de despeindre Moise avec des cornes, qui sert d'estonnement à la plus part des Chrestiens, & de risée aux Juifs & Arabes. Id est: Sed quid absurdus cogitari potuit, quam cum ignorarent vocem קרן Keren æquivocam esse, tam cornu quam lumen & splendorem denotantem, Mosén cornutum pinxerunt, ut magnæ parti Christianorum terrorem incuterent, Judæis verò & Arabibus risum moverent.

Pag. 366. Lin. 10.

Hujus iconem vide apud Ulyssè Aldrovandum de Monstris pag. 127.

Pag. 379. Lin. 21.

Quod & Virgilius docet Ecloga X.

*Libet Partho torquere Cydonia cornu*

*Spicula*

Et in Ciri, sive sit Virgilius ipse, sive alius.

*Gnosia Naupacto contentus spicula cornu.*

Talibus arcibus Finni ac Lappi jam utuntur, quorum specimina in nostro extant Musæo.

Pag. 379. Lin. 10.

Adstipulatur Livius lib. 9. Decad. 1. Dein, ait, *Concentu tubarum ac cornuum, cursu effuso in hostem feruntur.*

Pag. 383. Lin. ult.

Inter alia de composit. Med. per genera cap. 18. hæc habet: *Ego sane olei libram Romæ vocatam quam per incisuras distincta cornua metiuntur, ponderavi, quandoque discere cupiens quantum gravitatis pondus contineret.*

Pag. 385. Lin. 32.

Regium olim insigne fuisse, colligitur ex iis, quæ de Astarte sua produnt Phœnicum Theologi apud Eusebium de Præp. Evangel. cap. ultimo, & de Ægyptiis Regibus Diodorus Siculus lib. 1. part. 2. cap. 2.

Pag. 392. Lin. 20.

Quantum verò Urna capiat docet Fannius, cum ait Amphoram capere duas urnas, urnam quatuor congios, congium sex sextarios.

Ibid.

Ibidem Lin. 27.

Cujus generis & illa fuisse videntur, quorum meminit Andreas Abbas monasterii S. Michaelis in vita Otthonis Episcopi Bambergensis cap. 31. ubi inter reliqua quæ in delubro Stetinensi conspiciebantur, refert *Cornua grandia taurorum agrestium deaurata & gemmis intexta, potibus apta, & cornua cantibus apta*. Quem locum eò lubentius citò, quod duplicem hunc cornuum usum probet, & inter cætera pretiosa, reposita quoque fuisse cornua hæc, doceat.

Pag. 435. Lin. 15.

Nisi fortè Lusitani Dominum per Dom exprimant. Quod vero simile videtur. Sic enim in Proœmio Legum Lusitanicarum legitur: *Dom Manuel per grace de Deos, Rey &c.*

Pag. 438.

Quia clarissimus & excellentissimus vir, Dn. D. Fortunius Licetus in Academia Patavina Professor eminent, dignatus est, non solum meam de aureo cornu relationem, suo de annulis antiquis libro, non sine mei honesta mentione inserere; sed etiam liberè & modestè, quæ in eodem occurrerunt discursu dubia proponere; tanta viri fretus benevolentia, non potui quin per literas eum salutarem, gratias agerem, & scrupulos qui occurebant eximerem. Quæ literæ cum ad hujus negotii illustrationem spectare videantur, hic quoque locum obtinebunt.

*Viro Celeberrimo*

**DN. D. FORTUNIO LICETO,**

In Academia Patavina Professori

Medico eminenti

S. P.

**R**uditissimum tuum de Annulis veterum librum, redex ad nos exhibuit Clarissimus Vir Dn. D. THOMAS BARTHOLINUS, amicus utriusque communis. Eo  
d 2 autem

autem avidius perlegi, quod omnia quæ hæcenus abs te profecta vidi, rarâ & reconditâ eruditione referta animadvertentim. Nec me spes in aurei hujus voluminis lustratione fefellit. Quotquot enim in hoc genere vidi Autores, tantum superare mihi videris, quantum lenta solent inter viburna Cupressi. In primis verò animum exhilaravit cap. xxxvi, in quo, non solum (contra invidorum quorundam rictus) aureum nostrum in Dania inventum Cornu, tanti æstimas, ut dignum iudices in quo bonas horas loces; sed etiam facto ipso, ingeniosissime & nervosissime id præstas, ut inter omnes qui nervos ingenii in eo enodando intenderunt, emineas, ac palmam facile referas. Mei verò quod sæpius mentionem facias honorificam, est quod gratus agnoscam, & ad mutuam amorem & benevolentiam obligatum me profitear. Non displicent ingeniosissimæ tuæ de Hieroglyphicis conjecturæ, nec multum à meis abluunt meditationibus; quod lætus vidi, atq; eo nomine nobis totiq; patriæ gratulor. In levioribus quibusdam diversum si statuamus, ea tanti non sunt, ut aut commune humanitatis rumpant vinculum, aut contentionum inter nos moveant turbas. Æquo tamen animo Humanitatem Tuam laturam confido, si de quibusdam monuero quæ animadverti commodè non potuerint, nisi ab eo qui ipsum cornu manibus triverit, & in eo lustrando curam adhibuerit diligentiozem. Circuli tertii Emblema primum, quo exhibetur homo alterum macians, sive explicetur per priscum ritum nostratum, plagam Aquilinam hostib<sup>9</sup> inferentium, ut vult Saxo noster; sive per modum quo Cimbricæ vates Sacrificia peregerunt, ex mente Strabonis, non multum refert. Quamvis locum à Te ex Strabone adductum, cum hac imagine dum confero, non minores difficultates pati is videatur, quam ea quæ nos ex Saxonibus produximus. Ita verò Strabo lib. 7: Εἰς δὲ τῶν Κιμβρῶν διηγῆναι τοῖστον, ὅτι ταῖς γυναῖξιν αὐτῶν συστρατεύσασαι, παρηκολῶθην προμάντεϊς ἰέρεια πολίτῃνες, λευκίμονες, καρπασίνας Ἐφαπίδας ἐπιπε-

πορ-

πορπημέναι; ζῶμα χαλιῶν ἔχουσαι, γυμνόποδες: τοῖς  
 ἐν αἰχμαλώτοις διὰ τῶν στρατοπέδων συνήντων Ξιφῆρεις.  
 Κατασφραῖσαι δ' αὐτὰς ἤγον ἐπὶ κρατῆρα χαλιῶν ὅ-  
 σον ἀμφορέων εἰκοσι εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβάσα  
 ὑπερπετῆς τῶν λέβητων, ἐλαιμόμοι ἐκαστον μετεωρι-  
 θέντα ἐκ τῶν προχέομεναι ἀιμαλῶν εἰς τὸν κρατῆρα,  
 μαντείαν τινὰ ἐπιέντο &c. Strabo foeminas hanc vocat  
 divinationis peritas & Sacerdotes, προμαντεῖς est in Graeco,  
 vates vocant quidam; quia ut paulo post loquitur,  
 μαντείαν τινὰ ἐπιέντο: non igitur assequor, quare à Te  
 appellentur mulieres Danicæ incantatrices & veneficæ, ni-  
 si existimes omnes Ethnicorum sacerdotes & vates tam  
 masculini quam sequioris sexus; veneficiis sacra sua per-  
 egisse. Quin harum habitum à Strabone delineatum  
 si expendamus, nec hic cum iconè quadrare videtur. Πο-  
 λιότρικες, inquit Strabo; at noster lev nostra; si ita lubet;  
 vix capillorum ostentat rudimenta; tantum abest ut lon-  
 gos mulierum cirros exhibeat. Vatibus istis vestis alba;  
 hic noster nudus planè; unde nec linteis è carbalo, sub-  
 ter tunicam fibulis nexis; nec Zonâ ullâ aheneâ indiget.  
 Pedes quidem nudi, cum totum corpus tale sit. Hæc de  
 habitu. Perpende jam, Vir Clarissime, sacrificandi ritum,  
 cum instrumentis necessariis & modo ipso, nihil horum  
 tuæ opinioni favere mihi videtur. Ubi hic Crateris vesti-  
 gia, ad quem captivus protrahebatur? ubi pulpitem quod  
 agiler scandere solet sacrificatura? ubi Lebis? ubi Crater  
 sanguini excipiendo destinatus? Modum aspice: non in  
 sublimi tollitur jugulandus noster: sed decumbit supinus.  
 Jugulabatur captivus juxta Strabonem; noster vulneribus  
 quatuor abdomini inflictis (si præcise omnia examinanda)  
 mortem subit. Si ultima verba huc saltem spectare pu-  
 tas, cur pluribus vulneribus scinditur venter? cur intestina  
 in conspectum non protrahuntur? quorum speculatio  
 maximè necessaria erat. Sed hisce non immorabor, cum  
 existimem in tantis antiquitatum tenebris omnia tam ac-  
 curatè examinari non debere. Hoc verò non possum

non monere, quod pag. 165, ubi fabricam cornu percurris; tredecim numeres in eo annulos, quod & pagina 185 innueré videris, contra ocularem demonstrationem toties à me factam. Deceptum te arbitror internodiorum numero, quæ circularum non constituunt numerum. Ultimi enim duo minores anuli, quos quatuor putas, discreti non sunt, sed quilibet eorum bina obtinet internodia. Hinc non me, sed te in numero horum anulorum hallucinatum esse vides. Unde non miror in aliis quoque fabricam hujus cornu spectantibus erratum esse, cum plus Glyptæ imperitiæ, quam fideli meæ tributum sit relationi. Optassem virum excellentissimum, toties aureum istud cornu manibus suis trivisse, quoties ego, qui minutissima ejus momenta studio haud levi sum rimatus, de quibusdam quin longè aliter judicasset, non dubito. Animadvertisses quoque, sine dubio, quid causæ fuerit, quod duplicis crucis figuram & terna puncta quater (quinquies volebas dicere, ut infra) in sexto annulo formata omiserim, ut p. 174 conquereris. Hæc enim omnia ad figuras significativas (ut ita loquar) hujus cornu non spectant. Nam nec punctulis constant laminæ impressis, nec anaglypticè eminent, ut reliqua. Sed foramina sunt hujus figuræ, exteriorem laminam penetrantia, quod aliter adumbrare Glyptes non potuit quam nigro colore, quo umbrolas corporum partes exprimere solent pictores. Nihil igitur denotare possunt simile reliquis; sed usum aliquem habuisse mihi persvadeo. Serenissimus Princeps noster CHRISTIANUS V. qui jam Cornu illud possidet, hisce foraminibus gemmas ad ornatum insertas fuisse existimat, conjecturâ probabili. Ligamenta & lora hisce aptari potuisse, quibus cornu collo aut humeris gestantis alligabatur, dicere quis posset. Sed nihil certi hac in re statuo, cum arbitrer nodos & articulos, annulos distingventes, huic muneri abundè sufficere potuisse. Quamvis verò ex hisce foraminibus duo illa majora in quibus lineæ decussatim se secant, figurâ cruces referant; hoc tamen voluisse artificem, mihi persvadere non

non valeo: anaglypticè enim aut punctatim id præstitisset potius, ut reliquis figuris hæc esset conformis, quam circulum perforando. Ejusdem census est & foramen, quod literam vocas Pythagoricam, quæ tam aliena est à nostra Literatura, quam Pythagoras ipse à Runis. Mirari igitur desinat Vir Clariss: si ego *ἀυτοπλῆς* ea hic observaverim, quæ commodè in tabella exprimi nequiverint; quæq; alii ex Schematismo haud rectè colligunt. Quod pagina 176 probare allaboras, Cornu aureum in hunc solum usum fabricatum, ut eo præsidum vigilantiam tentaret Rex, quicumq; tandem is fuerit (Nam de Haraldo id non memorant Historiæ nostræ) eo nomine, *quod Regi nullus fuerit labor cornu artificiosè fieri mandare, quodque alia figura, eadem carere non potuerit objectione; quodque rudis massa facilius occultari possit à fure, quam cornu tam magnium miro artificio conditum.* Non video qua ratione hinc sequatur, in nullum alium usum fabricatum illud fuisse quam quod eo præsidum vigilantiam exploraverit Rex. Rem justa lance si ponderaveris; videbis armillas fabricatas ut brachia cingant: annulos, ut digitos; cornua, ut inflentur: sed bivis exposita hæc, fidem hominum iis ut tentarent. Si Rex anulum suum quem digitis gestabat expoluisset ad præsidum vigilantiam tentandam, an idcirco quis ritè inde collegisset non alio fine fabricatum fuisse? cum tamen manifesto constaret, Regem hunc elaborari curasse, digitum ut ornaret, atq; hoc officium per aliquot annos sustinuisse potuit, antequam in secundarium istum usum traduceretur. Si inter finem fabricationis & finem expositionis distinxerimus, veritas erit in propatulo. Mirum Tibi vir clariss: & difficilè creditu non esset, *aureum cornu Danicum adeo magnum, adeo grave fabricatum fuisse ad usum litui buccinae, seu venatoriae, seu bellicæ:* si alia ejus generis apud nos extantia majora & ponderosiora ex ære vidisses. Arhusiæ in patria mea, unum extitit æreum, quod, me puero, ad suos usus traduxerunt Musici, quod sive pondus sive magnitudinem spectes,

tes, aureo hoc erat duplo majus, alibi apud nos plura sunt e-  
 jus generis. Tuba, eximia arte sculptili, ex ebore fabrefacta  
 quam dono Magnifici Dn. Cancellarii DN. CHRISTIANI  
 ТНОМÆI Sehested teneo, librarum est sex, longitudi-  
 ne pedum duorum, unciarum trium. Quæ in Florenti-  
 no conspiciuntur Gazophilacio, ni me fallat ratiocinatio,  
 parum pondere & longitudine ab hoc differt. Is qui in  
 nostris non est versatus antiquitatibus, & fragmenta ac ru-  
 dera variarum rerum adhuc extantia non viderit, multa  
 eorum veri speciem non habere existimabit. Exterorum  
 ejus generis lustra Cornua, quantum Rolandi fuisse existi-  
 mas, *Olivant* dictum, de quo differuimus Monument. Da-  
 nic. lib. V? Quantum Alexandri Magni quo totum exerci-  
 tum dispersum colligere valuit, cujus diameter quinque fu-  
 it cubitorum, ut de eo doctè differit Athanasius Kircherus  
 lib. 2. Artis magnæ lucis & umbræ parte 1. c. 7. ubi ex pro-  
 fesso de eo agit. Nec refert *ansulis destitutum quod fuerit  
 nostrum cornu ut sic assidue manu gestari necessum sit, ac sic  
 inter dimicandum venandumq; non exiguo foret impedi-  
 mento.* Caruit enim ansulis Alexandri Magni cornu, ca-  
 rent & ansulis tubæ bellicæ vulgares, quæ jam in usu, nec  
 tamen assidue manibus gestantur, & quamvis duplo aut  
 triplo majores sint nostro cornu, buccinatoribus tamen in  
 bello nullo sunt impedimento. Quidni igitur & hoc no-  
 stro cornu contingere posse credendum? Quod regeris,  
 vir eximiè, experientiæ & oculari demonstrationi repu-  
 gnat. *Ad commissuras scilicet annulorum eminentias non  
 tam extuberare prominereq; videri, ut lora facile discur-  
 rere non permiserint.* Cui hic jam credendum, Domino  
 Liceto, qui cornu illud aureum nunquam vidit, sed ex ico-  
 ne saltem rem æstimat; an mihi, qui toties manibus illud  
 tractavi, & minutissimos apices non semel magnâ curâ sum-  
 rimatus, candido censori æstimandum relinquo. Quod  
 pagina sequenti 177 conqvereris, me præterisse punctatas  
 imagines quæ annulo primo proponuntur, id quo jure  
 fiat, æstiment illi qui legerunt ea quæ de ipsis scripsimus

pag. 71. primæ editionis Aurei cornu, & pag. 428 secundæ, Monumentis Danicis insertæ, ubi disertius, quid de iis sentiendum in genere monuimus. Ego potius jure videor hoc in Te, Vir Clariss: desiderare posse, quod figuras & imagines eminentes & principales miscueris cum punctatis & minus principalibus, quæ alterius sunt naturæ & artificii, quæq; tantam curam requirere non videntur. Et miror ego cur non pari tatione explicueris fimbrias triangulares in singulis internodiis, cum punctulis etiam constant & ejusdem cum reliquis punctatis sint census, quas à me præteritas arbitraris. Quæretet forsitan aliquis, quibus indicibus colligat doctissimus Licetus, hominem sinistra destitutum sacerdotem esse? cum æq; nudus sit ac reliqui, nulloq; habitu sacerdotali præditus, omnesq; qui hanc imaginem vident, satis judicare valeant, non studio, sed casu abruptam & demptam ei esse sinistram. Tantum refert rem non ex imaginibus, sed ex ipsius nativa indole & constitutione describere. Pagina 183 suspicaris in imaguncula sexti annuli *non aspici nasi eminentiam nec oculorum aut oris ulla vestigia, quod obliterated fuerint ob auri mollitiem attritione à duritie telluris, in qua diu neglectum jacuit, & compressione tum puella inventricis cornu, anxie sollicitateq; purgantis, tum aurificis, idem jussu Regis repurgantis.* Hanc suspicionem facile Tibi exemisset ipsa repurgati cornu constitutio, si vidisses. Quin tecum cogita, qui fieri potuisset, ut tantum huic uni figuræ, politurâ decessisset, reliquis minoribus salvis? si tantum auri proportionaliter, omnibus icunculis fuisset abrasum, plus profectò in pondere fuisset desideratum, nec imagines & figuræ reliquæ, tam exactè suis lineamentis, quod debebant repræsentarent. In numero annulorum quod pag. sequenti erratum sit, ex supra dictis patet. Non enim sex sunt minores, sed quatuor, extremis duobus peculiari artificio duplicatis. Sed Tibi Vir Clarissime, hæc aliaq; minutiora condonanda, quæ non ex icone peti poterant, sed re ipsâ, & meâ relatione, cui fides omnino debetur. Optarem iterum



iterum, manibus & oculis ipsum aureum cornu usurpare  
 ut posses: quin de quibusdam longe aliter pronuntiaturus  
 esses non dubitarem. Usq; dum hoc detur, mihi oculato  
 testi crede & favere perge. Vale Hafniæ V Kal. Decemb.  
 Anni c1o 1o c XLVI.

T.

OLAUS WORM D.

*Med. Prof. Regius.*

Huic, annectere non incongruum, elegans Elogium  
 Dn. Pighetti, quod Epistolæ suæ ad me inseruit Reveren-  
 dus vir Dn<sup>o</sup>. F. Angelicus Aprosius Vintimiglia in lib. dicto  
 La Sferza Poetica cap. II, edito Venetiis Anno c1o 1o c XLIII.

SPECTATOR,

AUREUM QVOD CERNIS CORNU  
 MIRIS DITATUM HIEROGLYPHICIS,

MARTIS OLIM

BUCCINA FUI,

CANENSQVE CLASSICUM

MORTALES

AD ARMA, AD CLADES INFLAMMABAM.

NUNC DICATUS BROMIO CYATHUS

REGIAS AD MENSAS EXHILARANDAS

OMINE FAUSTO

TRANSLATUS SUM.

INTUS MERO REPLETUS

IN MORTALIUM PECTORA

PACEM HILARITATEMQ;

DEMITTO.

FORIS VETUSTIS EXORNATUS IMAGINIBUS

AUREA DOCTISSIMI

OLAI WORMII

DISSERTATIONE

ANIMATIS,

PENITIORIS ERUDITIONIS SITIM

ETIAM EXTINGVO.

UNA (MIHI CREDAS)

FELICIOR MANET

SORS;

FAMÆ TANDEM

BUCCINA

FIAM,

UT

CHRISTIANI V.

DANIÆ AC NORVEGIÆ

PRINCIPIS INCLYTI

FER.

FERREA HAC ÆTATE SUIS IN  
 REGIONIBUS  
 AUREI SECVLI  
 RESTITUTORIS  
 DOMINI MEI AVGVSTI  
 GLORIOSA POSSIM  
 CANERE  
 FACINORA  
 ABI LÆTUS.

Lib. 5. Pag. 449. Lin. 19.

Forsan in Monumento hoc Landerupensi secundo, pro H legendum G, pro HUD, GUD, ut sit NADE HUS GUD, ut in prima serie pro AIE, GIE. In nota Tritheimiana desideratur saltem linea transversa sinistra, circulo apponenda. Pari modo si pro ON legas OC, completo circulo cum transversali, omnia erunt clariora, & hic emergit sensus manifestissimus. GUD GIE KONGEN DEN IIII CHRESTEAN OC HANS DRONNING ANNA KATRINA NADE HUS GUD.

DEUS DET REGI IIII CHRISTIANO ET REGINÆ ANNÆ CATHARINÆ GRATIAM APUD DEUM.

Lib. VI. pag 489.

DE TEMPLE MIRABILI.

Tandem ex quodam qui diligentius templum hoc subterraneum perlustravit, intellexi illud longitudine esse pedum 67, latitudine 24, pari fermè altitudine.

Romæ templum fuit subterraneum Consi, & subterraneæ Ditis aræ; imò veteres Diis inferis scrobes subterraneas & Nymphis antra effodisse legimus.

Ast quid miramur templum subterraneum? cum teste Agricola libro de subterraneis Animantibus, in Alpibus Corolum, arx conspiciatur subterranea, in quam, nec equites nec pedites possunt ascendere, sed cum homines, tum omnia ad vivendum necessaria ad ipsam attrahuntur. Quinimò in Sedunis in tractu Sittensi ad Bremisam pagum extare ait Cœnobium ex rupe excisa, sine ullis signis & trabibus ligneis formatum. Hoc est templum, cubiculo, conclave, culina, cella vinaria. In Saxonia inter Blankeburgum

gum & Halberstadium Arx est Reinestenum dicta, in saxo incisa, continens hypocausta, conclavia, scamna, stabula, præsepia, januas, fenestras, templum testudinis figura, pila media rotunda insigne, licet cætera sint quadrata.

In Turingia quoque inter Vimariam & Blanchenheim propè Mellinum pagum, similis fermè templo excepto. De quibus hoc circumfertur Ænigma.

*Dic quibus in terris arx alto condita monte  
Mille ubi per tectum possunt errare bidentes.*

Consule ipsum agricolam de pluribus.

Pag. 492.

YAFBIÆRK Melius & prisca appellationibus magis congrue à Kalf vel Kalfr & Biörn, quæ utraq; propria sunt. Kalfur dictus est nobilis quidam aulicus, Olai Craisi Regis Norvegiæ, qui in pugna Stikelstadensi factus est Regis ac Domini sui parricida, testante Historia Norvagica. Sic usitatum est Kolbiorn à Kolur proprio & Biörn.

Lib. VI Monum. XIII. Pag. 506.

*Prælo typographico præmimus*] Hunc morem nomina sua ejusmodi dentibus sive vario atramenti genere inscribendi, sive ferro incidendi veteribus in septentrione frequentem fuisse, vel ex eo colligere licet, quod Unicornu quod Ultrajecti in Belgio visitur, literis Runicis hoc nomen <sup>1</sup>HIRRI insculptum ostendet. Sverri autem nomen fuit proprium XXV Regis Norvegiæ, qui imperavit circa annum Christi MCLXXX, cujus historiam descriptam, vide in Chronico Norvagico lingua vernacula à me edito anno MDCXXXIII. Hujus autem Regis cornu illud fuisse arbitror, eo quod nomen ejus talibus literis quæ tum apud Norvegos & nos in usu fuerunt, insculptum possideat. An inter *Κεῖμήλια* Magni Regis, quæ Sverro occupavit dum eum Bergis ex improvise adortus in fugam conjecit, occupatis omnibus ejus Regalibus, extiterit, ut docet Chron. Norv. pag. 414. disquirendum relinquo. Quo pacto Ultrajectum devenit dicere nequeo: Relatio illa de Henrico imperatore mihi valde suspecta. Dens est Balenæ,  
quæ

quæ in Septentrione in freto Davis capitur, nomen Regis Norvagici, literis Norvagicis inscriptum obtinet, ex Norvegia igitur delatum arbitror.

Pag. 513.

ИТІК ПНРИ. Monuit me clariss: Dñ. Arngrimus p.m. talia nomina propria composita, non commodè resolvi in proprium & appellativum, sed semper ex duobus propriis constare. Unde *Bergthor* ex propriis *Bergur* & *Thor* rectissimè trahitur, ut & inversum ejus *Thorbergur*. Sic *Steinthor* & *Thorstein*, quorum utrumq; proprium est.

ИУАМ. De nomine *Skalt*, quod rectissimè per duplex L in medio & D in fine scribendum volunt accuratiores priscae lingvæ Critici, hoc tenendum, quod à verbo *Ad skiælda*, quod Poëticè aliquid scribere denotat, derivetur, unde non rectè aut alterum L omittitur, aut T in fine pro D ponitur. Runis verò qui literas saxis mandabant condonandum, si quando in his & aliis exorbitaverint, ut in hoc Monumento factum. Orthographiam verò dictam comprobant vetustissima MSS. & lex Metrica de consonantiis syllabarum, ut in illo:

ИУАМ П П ИР И П \* П П Р П П \* П П П П.

\* И П А П П А И П П А П П П П. id est:

*Nemo me pro Scaldro habet*

*Perit enim mihi ars ista.*

Rhythmus hic est quarta pars, sive *Fiordungur* Rhythmi, quem *Sextanmællt* & *Drottquatt* appellant, & constat priore Hemistichio *Snidhendu* vel *Snidhending*, posteriore *Alhendu* vel *Alhending*. Fit verò *Snidhenda* vocali ante consonantem unam vel geminatam, vel plures simul mutata, vel saltem sono differente, ut in præsentis exemplo. A in *Schalld* crasse pronunciandum, & idem A in *Haldinn* tenue, *Snidhendam* ambo constituunt. Quam *Snidhendam*, *Alhenda* vel *Alhendar* lege metrica alternatim semper leqvitur, ubi vocalis nec mutatur, nec sono differt ante consonantem unam vel plures. Jam si *Skalt* pro *Skalld* scribatur, aut pronunciatur, manifestum est, non easdem conso-

nantes vocalem utrobique; sequi, & peccatum in Rhythmorum leges committi. Est autem *Skalda* nomen neutrius generis, ut apud Latinos *Mancipium*, quod ita declinant [ut exemplum priscae declinationis habeas.] Singul. N. *Skald*. G. *Skalds* vel *Skaldsins*. D. *Skalde* vel *Skaldenu*. A. *Skald* vel *Skalldit*. Abl. *Skalde* vel *Skalldinu*. Pluraliter N. *Skalda* vel *Skalldin*. G. *Skalda* vel *Skalldana*. D. & Abl. *Skaldum* vel *Skalldunum*. Ac. *Skald* vel *Skalldinu*.

Pag. 521. MONUM. I.

RIÞR. Orate notat hoc in loco, alioquin *AA RIÞR*, ligare &nectere significat, ut cum nodum nectimus in ligamine aliquo. Quod etiam huc quadrat. Vult enim Orationem Dominicam non semel ac iterum recitandam, sed pluries & instantius devotè. Alias quoque in prisca lingua obtinet significationes, quæ huc transferri possunt.

Pag. ead. MON. II.

Hujus Monumenti sensus & hic esse potest: **ROGO PROPTER DEUM, UT ALII VIRI DOCTI QUI HUIC LOCO FUERINT CUSTODES ORDINATI, ET OMNES QUI POSSUNT ASSEQUI PETITIONEM MEAM, UT MEMINERINT ANIMÆ MEÆ IN SANCTIS SUIPRECIBUS, NOMEN MIHI ERAT GUNNERI, ET DOMUM HANC FABRICAVERAM. VALETE.**

*ÞARÞ-ÞHÞÞ* Verbum compositum à *Vordur* i. e. Custodia, & *veita*, hoc est exhibere. Hinc *Vardveitsl* & *Vardhald* idem notant, & *Vordur* custodem ipsum. *Vörn* | *Landvörn* Terræ custodia & defensio, ut sensus sit: Qui huic loco custodiendo ordinati fuerint.

*ÞÞÞÞ*. *Stadur* locus est quando generaliter sumitur: Sed hic & alias per excellentiam notat Residentiam pastoralem cum sacrorario domestico. Inde libellus de causis & controversiis circa præbendas Ecclesiasticas, *Stada-maal* Islandis vocatur.

*RÞÞÞ ÞÞÞÞ* Intelligere & assequi. *Rada* n. Infinitivus est, à Præsenti *Eg Rad*, intelligo, capio, assequor conjectura. Hinc *Radgata*, Ænigma, Griphus, quem conjectando assequi necessum est. Innuit procul dubio, ævo eo non omnes de animæ immortalitate satis fuisse edoctos, sed si quis conjectura assequi posset mentem ejus, pro Anima orent *Pater noster*. &c.

Pag. 525. *Gallie descripserunt*, &c.

Hujus delineationem licet promiserint quidam, obtinere tamen eam non licuit, antequam huc ad nos appulisset illustrissim<sup>us</sup> Heros Dn. Casparus Coignet Dn<sup>us</sup>. de la THVILLERIE, Baro de Courson, Christianissimo Galliarum Regi à consiliis secretioribus, tum ad regna septentrionalia Legatus extraordinarius, vir de Aquilonaribus hisce Regnis optimè meritus. In cujus comi-

tatu

tatu cum esset vir eruditissimus DN. Isaacus Peyrerius, mihi familiaris, tantum per amicos in Gallis præstitit, ut jam quid huic Monumento subit, liquido constet. Hoc verò ut alios etiam non lateat, lubet ejus ad me Christianopoli datas literas, ac una missas Domini du Buisson hisce subungere, ut quantopere sæpenumero in talibus hallucinentur, qui vulgi fidunt relationibus, liquido constet.

CLARISSIMO VIRO  
DNO. OLAO WORMIO

Isaacus Peyrerius S. D.

**E**N accipe humanissime wormi; quas à me petiisti literas Gothicas, inscriptas Pyramidi illi, quæ est in Abbatia de Beaulieu, juxta oppidum de Loches agri Galliarum Turonensis. Pseudo-Gothicas comperies, quas puras putas credidisti Runicas. Abbatiam illam ex professo petiit amicus noster, mei scilicet, Tui & Bourdelotii nostri, Dominus du Buisson, ut pyramidem illam inspiceret & scrutaretur characteres, quos fideli & erudita manu exscripsit. Hominem puta non publici saporis, qui ficus ficus novit, & quas novit ficus, ficus vocat, &c. Christianopoli VII Idus Augusti, Anni MDCXLV.

De Characteribus Gothicis, qui supersunt

in Monasterio Bellilocensi.

**O**ppidulum de Belliloco situm est ad Indum fluvium, & distat per quingentos passus circiter ab oppido Lochis [Gal. Loches] territorii Turonensis. In illo oppidulo Monasterium est ordinis S. Benedicti constructum, dotatumque à Fulcone Comite Andegavensi & Turonensi, qui ibi in templo, sub lamina lapidea effigiem ejus etiam lapideam sustinente, conditum est anno Christi MXXI. Ad claustrum Monachorum stat conus L. pedes circiter altus, lapidibus in squamarum formam dispositis, tectus, & columnis octo sustentatus. Illi exterius unica quidem superficies est, in conum, ut dixi, vel ut vulgo loquuntur in punctum desinens: sed interiùs paries opere tectorio dealbatus, octo angulis & totidem faciebus, juxta situm, numerumque columnarum distinguitur. Andreas Quercetanus, sive Chesneus [Gall. du Chesne] in libro quem Gallicè edidit & inscripsit: Des Antiquités & Recherches des villes & places de la France, pyramidem vocat, aitque interiùs repletam esse characteribus, quos alii Gothicos, alii Gallicos esse censent, ut pyramidem pro Cono, sic Gothicos characteres, pro antiquis, vir in Historia nostra magnus nominavit, more vulgi. At Gallicos, id est, veterum Gallorum literas proponere, vel recipere non debuit in rebus, quæ à sexcentis tantum annis sunt, nec accedunt ad veterum Gallorum tempora. Hanc clarissimi Scriptoris narrationem legendo non assecutus, locum adire constitui, rem ipsam conspiciere volui. Illac igitur delatus, inveni turriculam hanc fastigiatam, conditam fuisse à Ful-

à Fulcone Comite, tanquam pileum mucronatum labro lapideo, ad Monasterii usum facto, & nunc quoque superstiti cooperiendi. Scalis postea compositis ascendi, meque & oculos circumtuli per omnem interiorem cavumque circuitum, facibus propius simul admotis, quibus opus mihi erat ad perlegendum, quod inibi scriptum fama populari circumferebatur. Characteres quidem Romanos, sed ævi sequioris & Barbari agnovi facile. Gothicos etiam vocari scivi, verum sententias colligere nullo modo potui, solis apicibus literarum extantibus, & iis quidem passim & multa ex parte penitus deletis. Unicum de tot lineis restabat vocabulum, idque non sanum: illud erat DEI: IQVE. Quod sic accepi, ut si latinum esset legendum, esset DENIQVE, si Gallicum faceres RELIQVE vel RELIQVES, id est Reliquias. Quod postremum magis probavi, tanquam mentio ibi facta fuerit Reliquiarum, quas Fundator Fulco Jerusalemis & Roma ipsa rediens, multas & magnas, ut in libris Monasterii legitur, ibi condidit atque dicavit. Hæc tam parva & exilia, opinione vulgi magna & speciosa tot verbis explicare debui, ut dum iussibus amici nostri Bourdelotii, clarissimi viri, acquiesco, tuæ quoque curiositati, Peyrere doctissime, satisfaciam, tuumque Wormium, cujus nomen per te illustrius indies apud nos est, ne aliorum erroribus seducatur, admoneam, meliora, ut spero, daturus, si melior offeratur occasio. Lutetiæ Parisiorum Nonis Juliis, Anno ære Christi vulgaris cIo Io cXlv,

*Du Buisson Aubinay.*

Icones Regum Galliarum editæ per Jacobum de Bie, in Historia Chilperici Regis, mentionem faciunt, inscriptionis cujusdam in Monumento hujus Regis literis Gothicis extante, sed sermone latino in hunc sensum CHILPERICUS HOC TEGITUR LAPIDE, si quis horum Characterum exactam nobiscum communicaret delineationem, rem faceret gratissimam.

